

1
1
2
3
4
5
6
7
1
1
2
3
4



1636.

1. Arminius, Dominicus: De . . . principum ex selecto-
rali atque Ducali domo Saxonica, privilegiis:
De non evocando et non appellando.
- 2.^{us} Johannus, Octavius: De assassinio. 2. Exempl.
1636 & 1745
- 3.^{us} Prieschenck, Zacharias: De majestate.
4. Theodericus, Petrus: De jure mercatorum singulari.
5. Ungepaus, Erasmus: De possessionibus.
6. Ungepaus, Erasmus: De personis ad fendi conces-
sionem habitis.
7. Ungepaus, Erasmus: De consuetudine.

1637.

1. Prieschenck, Zacharias: De appellacionibus.
2. Prieschenck, Zacharias: De reconventionibus.
3. Prieschenck, Zacharias: De juramentis.
4. Richter, Christophorus Philippus: De interpretatione
contractuum.

1637.

5. Richterius, Christophorus Philippus : De curatoribus bonorum.
6. Theronius, Petrus : De successionebus principum imperatorum et Electorum.
7. Wenzepaerus, Erasmus : De prioritate et privilegio creditorum.
8. Wenzepaerus, Erasmus : De successione feudali testamentaria.
9. Wenzepaerus, Erasmus : Controversiae miscellaneae ex jure civili scripto, Canonico et feudali.
10. Wenzepaerus, Erasmus : De concordia discordantium juris Justiniani.
11. Wenzepaerus, Erasmus : De scabinatibus.
12. Wenzepaerus, Erasmus : Dignitatis ad l. unie ff. de conditione ex lege.

Handwritten notes in the left margin, including fragments like "en", "te", "ee", and "A".



B 401



1126

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.

DE

MAJESTATE

quam

Nobilissimæ ac Amplissimæ Facultatis Juridicæ in-
Illustri SALANA Authoritate ac Decreto;
Pro summis in UTROQUE JURE, gradu, honore ac Privi-
legiis Doctoralibus consequendis:

PRÆSIDE

Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo
DN. ZACHARIA Præscheneck

Jcto, Professore hujus Academiæ celeberrimo,
Consiliario Saxon. gravissimo, Curia Pro-
vincialis & Scabinatus Adessore di-
gnissimo; Patrono ac Promotore
suo observantiæ cultu ætatem
prosequendo,

Publica Disquisitioni subicit
ad diem 21. Decemb.
Flor. Locog, consuetis

JOHANNES ERNESTUS Steinmez
Calâ-Thuring.

JENÆ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI.

ANNO c1o 1o CXXXVI.

8.
1636, 3
5

5 1/2



DISSERTATIO JURIDICA
IN AUCTORITATE

DE
MAIESTATE

QUAE

Nobilissimi ac Amplissimi Facultatis Juridicae in
Alma Mater Universitate
Prolocutionis in Urbe Parisiensi, honore ac
legis Doctoratus consecutus;

PRÆSIDI

Reverendissimo Consistorio ac Facultati
D. N. A. C. H. A. R. I. A. P. R. Æ. S. I. D. I. C. I. A. E.

Jo. Professore hujus Academiæ celebratissimo,
Consilio Saxoniæ, gratissimo, Comiti Pro-
vinciæ & Saxonici Adversarii
Gubernationis ac Promotoris
hujus observantia gratiam
profuturo;

Publicæ Disputationi habenda
ad diem 20 Decembris
1777, hora 10, etc.

JOHANNES ERNESTUS STEINMANN
Cals-Thuring.

JENÆ

Typis Ernesti Steinmanni
Anno 1777, die 10. Octobris.



Thesis. I.



Um omnia tunc benè gerantur, si principium fiat decens & amabile Deo. *Novell. 9. in presat. nec dignum sit homini Christiano, ut ullum inire conetur negotium, quod à Majestatis Divinæ adoratione inimum non sumat, juxta admonitionem Divi Apostoli ad*

Coloss. 3. Ideo quæ & nos, antequam ad ipsam propositæ materie tractationem accedamus, prius ad immortalitatis præsidium respicientes Divino Numine invocato, Deum Auctorem & Dissertationis nostræ Præsulem fieri optamus & precamur. l. 2. C. de vet. jur. etncl.

Divini Numinis Invocatio.

2. Et quoniam duæ sunt veritatis Idææ, docente *Clem. Alexand. lib. 6. Strom.* Nomina & Res; & nominis semper prior sit habenda ratio, monente *Ulpiano in l. 1. de Just. & Jure. Gæd. ad rubric. de verb. signif.* si quidem ex voce sæpenumerò in ipsius rei perceptionem provehimur: itaq; primùm nos de ipsius *Nominis* notatione, post de rei constitutione agemus.

Definitio Nominis prior definitione rei

3. *Majestatem* plerique cum *Festo* deducunt à *Etymologia* *magnitudine*. *Vulcejus in §. 3. Inst. de publ. Jud. Dieter. de summa summi Imperii potest. hb. 2.* intuentes tamen non tam literas, ut solent Grammatici, quàm rem ipsam. Unde ab *Harprechtio in §. 3. n. 2. Inst. de publ. Judic.* *Majestas* dicitur, quasi *major status*, propterea, quòd post Deum immortalem nihil his in terris, aut cogitari majus aut excelsius possit. *l. fin. princ. C. de Legib.*

4. Variè autem vocabulum *Majestatis* usurpatur. *Attribuitur enim vel rebus Divinis, vel Humanis; Divinis vel verbè, ut Deo l. 22. §. 4. ff. de receptis arbit. Vel fidei, quo sensu Majestatem pro Dea Gentes coluerunt, Honoris & Reverentiæ fidiã, Ovid. lib. 5. Fast.*

Homonymia

*Donc Honos placidoq; decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere thoris;
Hinc sacra Majestas, totum qua temperat vrl em
quaq; die pariu est edita magna fuit.*



9. *Humanis* rebus tribuitur vel *Inanimatis*, pro externo quodam splendore, præstantiâ & excellentiâ, veluti dicitur *Majestas loci Liv. lib. 1. Majestas Orationis Cis. de Amicit.* Sic nonnulli *Majestatem linguæ Hispanicæ* tribuunt, quando ita inter linguas distinguere solent, ut cum Deo ob *Majestatem Hispanicæ*, cum Principibus ob *gravitatem Italianæ*, cum feminis ob *gratiam & suavitatem Gallicæ*, cum hostibus verò ob *terrorem Germanicæ* loquendum esse autement. *Linn. Jur.*

Publ. lib. 1. c. 6. n. 35. Vel

6. *Animatis*; hisque iterum quatuor modis. 1. *Pro auctoritate & gravitate personæ*, quæ visu & auditu est venerabilis. *Tacit. lib. 2. Annal.* quæ oritur vel ex *causa occulta*, quando Deus secretam quandam *Majestatem & auctoritatem* addit personis Regum ac Principum, ita, ut sæpius effrenati homines in Principis conspectum ducti occulto quodam sensu cohorrescant, qualem *Majestatem* in Mose apparuisse legimus *Exod. 34.* quam acceperat ex colloquio Domini, & videbatur ipsius facies splendida, ita, ut duræ cervicis populus non posset in eum intueri ob *gloriam & Majestatem* ejus, nisi ipse faciem velaret. vel ex *causa manifesta*, quando nimirum princeps vel ob *heroicam virtutem*, vel ob *felices successus*, vel ob *speciem corporis structuram & constitutionem*, quæ non raro animi præstantiæ præbet indicium, quandam in animis hominum conciliat admirationem & venerationem, quæ multi à nefario lædendi proposito fuere quasi revocati, sicuti de scurra quodam refert *Camer. oper. success. cent. 1.* qui cum Carolum V. perulstrantem vidisset Panthejum Romæ ædificium, eumq; in summitate per fenestram deturbare constituisset, solo ipsius *Majestatis aspectu* perterritus fuit, ita, ut à nefario proposito abstineret. 2. *pro dignitate externæ, honoris, & officii reverentiâ & præeminentia*, quam *vocis significationem* in l. 9. ff. de *Jurisd.* observare licet, ubi contempta *Majestas Prætoris* vindicatur. Hocque modo *Majestatem* etiam inesse Duci Venetorum, scribit *Ludov. Gotbofred. in Archontol. Cosmica pagina mibi 192.* quem *gravitate, splendore & dignitate* nihil non Regium præ se ferre dicit; quam ratione *Potestatis* *Majestatem* habeat nullam, siquidem nihil injussu *Senatus* agere possit, sed ipse *Senatum* consulere *necessum.*

fra Linguæ

compar con-
sto Conum
verum deus
num.

Q. Dux
Venetorum
an habeat
Majestatem?

5
necessum habeat, Senatu Auctore decernente. 3. pro *summa potestate*, & quidem vel concretivè pro ipso Monarcha, summa potestate fulgente; vel 4. abstractivè pro ipso functionis Jure, sive pro ipsa summa perpetua legibusq; soluta potestate: hæc quæ significatio hinc nobis consideranda.

7. Ejus Synonyma sunt Imperium, Potestas. §. 6. *Inst. de Synonyma Jure Nat. Gen. & Civ. l. 1. ff. de Constitut. Princip.* Principatus; l. 4. *C. de Legib. Keyserliche Macht vnd Vollkommenheit/ Keyserliche Hochheit passim in Recess. Imperii*; Sceptrum, *Gen. 49. Jus Regium seu Regis. 1. Sam. cap. 9.* Et quanquam alii verba hæc, das Recht des Königes explicant non de Jure, sed vulgatâ Regum consuetudine, quid scilicet Reges agant, non quid agere debeant, adeoque putent, in *all. c. 8. Samuel.* non tam Majestatis Jura quàm mores Tyrannorum describi. *Flumm. ad Treutl. vol. 1. Disp. 1. vide. Arnif. de Jurib. Majest. lib. 2. c. 1. n. 4.* ubi plures allegat: nos tamen Jus Regiæ Majestatis seu Potestatis ibi describi, verius existimamus, cum Israelitæ Regem non Tyrannum sibi dari petierint. *d. c. 8. 1. Sam. Rescripta autem sunt interpretanda secundum perita. Mandell. Consil. 46. n. 73. §. præterea. Inst. de Inutilib. Stipul.* Præterea quoq; omnia, quæ illo loco enumerantur, ita sunt comparata, ut Rex ea, utpote ad Jus Majestatis pertinentia, Reipubl. exigente salute & necessitate à subditis postulare possit, uti deducit Perquam Reverendus Dn. D. Gerhardus, Promotor meus æternum honorandus in *Locis Theolog. tom. de Magistrat. Polit. §. 127. Arnif. all. lib. 2. c. 1.*

8. Explicata vocis significatione ad ipsius *Rei Naturam* & Constitutionem progredimur, quæ per definitionem, causarum, divisionum, effectorum, cognatorum, contrariorum expositionem declaratur.

9. Existimant quidem alii, Majestatis accuratâ definitionem dari non posse, cum non sit Ens simplicis & unius Naturæ, sed ex variis habitibus & potestatibus diversis constans, veluti ferendis legibus, constituendis Magistratibus, recipiendâ ultimâ provocatione, indicendo bello & ejusmodi aliis; adeoque Majestatem essentia unum quid non esse, sed esse unum per connexionem & aggregationem conflatum ex partibus dissimilibus speciei. Verum quia Majestatem veram, perfectam ac completam omnino

omnino habere essentiam opinamur, etiam eandem perfectè
 definiri posse non dubitamus. Nec obstat, quòd videatur hæc
 Ens aggregatum & collectivum: Nam 1. ut ex hypothesi
 concedamus, (nam falsum hoc esse, inferius patebit) con-
 flatam ex pluribus Potestatibus & Juribus Majestatem esse,
 attamen negamus, quòd exinde sit Ens aggregatum, quod
 definiri non possit, cum Ens aggregatum sit, quod ex pluribus
 entitatibus ad diversa prædicamenta pertinentibus constat.
Dn. Michael Wolf. Disquisition. Organic. 1. rb. 7. n. 3. Phillip. Durieu in
Manuduct. ad Logic. in de Universal. At verò Majestatem ex pluri-
bus potestatibus ad diversa prædicamenta pertinentibus esse
constatam, nondum est probatum. Sic Philosophia etsi ex
pluribus habitibus, Sapientiâ & Prudentiâ constat, haut tamen
propterea Ens erit aggregatum, quod definiri non possit. Dn.
Wolf. all. loc. cum illi habitus unâ cum Philosophia ad
unum pertineant prædicamentum, & sic ejusdem sint naturæ,
quod idem est in Majestate. Exempla quæ alii de grege & po-
pulo adducunt, quod attinet, in iis sanè est diversissima ratio;
siquidem ex pluribus potestatibus ita est conflata Majestas, ut
ex iis omnibus una summa potestas oriatur resq; ejusdè Natu-
ræ; secus vero est in populo, siquidem populus est quidem
collectus ex pluribus hominibus, non tamen ita, ut ex iis omni-
bus res ejusdem Naturæ, unus scil. aliquis homo fiat. Sed hæc
in hypothesi; Nam. 2. negamus, quòd Majestas ex pluribus sit
potestatibus collecta & constituta, cum illa Majestatis Jura &
potestates particulares nequaquam Majestatem constituent,
sed potius ex eâ jam constituta proximè & immediate fluant,
& sic pertineant ad Majestatem non à priori & constitutivè, sed
à posteriori consecutivè, quæ eam tanquam effecta non consti-
tuunt, sed constitutam sequuntur.

Definitio
rei.

10. Quapropter optimè ita definiri Majestas potest,
 quòd sit potestas in cives & subditos summa, perpe-
tua, legibusq; soluta. Vocabulum Potestatis quod aliàs
 varia significat l. 123. ff. de verb. signif. accipimus hic pro Jure in-
 alium sibi subjectum.

11. Nec est, ut cum *Reimb. Rösig Theat. Polit. p. 1. c. 23. n. 2.*
 verbis

verbis illis, in cives & subditos, addamus, & peregrinos; quasi
 aliàs definitio contra præscriptum Logicorum suo definitio
 angustior foret, utpote non comprehendens peregrinos, &
 qui vel commorationis vel hospitii jure in Republ. degunt:
 comprehendimus enim hos sub vocabulo subditorum, quod
 latius hïc (cùm novum non sit unum idemq; vocabulum mo-
 dò latius, modò angustius absque tamen improprietate & tro-
 po accipi, uti ostendunt vocabula cognationis, adoptionis & c.)
Dd. commun. ad Div. Inst. de Adop. §. 1. Inst. de Legitima Agnat. iur.
 accipimus pro subjectis. Quà voce non tantum cives & sub-
 diti, sed etiam peregrini intelliguntur, qui variis ex modis Ju-
 risdictioi subjiciuntur, vel scil. ratione delicti & contractus,
 vel quatenus statutis & legibus in ipsos peregrinos latis parere
 coguntur, utpote ut certo tempore civitate exeant, ut nomen
 & locum hospitii indicent, dasi sie in den Wirths-Hausse zehren
 müssen/ sein eigen Rauch noch Feuer haben dürfen/ & quæ his si-
 milia. *Kirchner de Republ. disp. 6. & 7. lib. 2. Befold. Polit. lib. 1. c. 1. n. 26.*
 Deinde ut ut concedamus, vocabulum subditorum strictè in
 definitione usurpari, respondemus tamen, quòd Majestas
 principaliter tantum respiciat subditos, peregrinos verò non
 nisi ex accidenti; qualia definitionem non ingrediuntur.

12. Expositionem *causarum* quod attinet, illæ sunt vel Majestatis
externæ, essentiali Majestatis non ingredientibus, ut *efficientis & finis*; *Causæ*
 vel *internæ*, quæ intrinsecè constituunt Majestatis Naturam, ve-
 luti *materia & forma*; de quibus singulis videbimus.

13. *Efficiens* est vel *Divina vel humana*. *Divina* est Deus *Efficiens*
T. O. M. Porc. apud Magnificum Dn. Ordinarium Dn. Arum. Dis. Divina.
Academ. 30. c. 1. siquidem Imperia non dependent à Fato, aut ex-
trema stella condurunt Majoris. Chassan. de Gloria mundi confi-
derat. 1. sed ex Ordinatione sanctæ sanctissimi Dei, qui ad ex-
 pedienda mandata sua, & ut Genus humanum tranquillè &
 pacatè vivat, boni præmiis, mali pœnis afficiantur, potestatem
 suam hominibus post diluvium quodammodo comunicavit,
 cùm ipse ante diluvium gubernabat solus, arguendo malorum
 impietatem per homines sanctos, uti in *Genes.* legimus.

14. Et hoc non tantum Divini Juris testimonia pro-
 bant abundè. *Epist. ad Romanos 13.* Non est potestas nisi à Deo,
 Proverb.

An Magi-
 stratus fue-
 rint ante
 diluvium?



Proverb. 8. per me inquit Deus, Reges regnant. Unde etiam Deo-
rum titulo Magistratus indignantur. *Pf. 81. Job. 10.* Sed etiam ho-
mines, qui hac potestate pollent hoc ipsum fatentur ipsi. Sic re-
ligiosissimus Imperator Justinianus à coelesti Majestate Imperi-
um sibi traditum asserit in *l. 1. C. de Veter. Jur. Enucl.* à summa
clementia collatum. *Novell. 6. princ.* Gloriosissimus Imperator
Carolus V. hoc idem profiteretur in *St. Zu Augspurg* de anno
1548. *princ. Ibi.* Haben wir aus aufgelegten Ambr/darju wir vom

Q. Prin-
cipis Ger-
mania an
recte in
Diploma-
tibus scri-
bant Nos
DEI GRA-
TIA?

allmächtigem Gott beruffen seynd. Et hoc est, quod illi, penes
quos summa residet potestas, in Rescriptis hæc præponant
verba: Nos Dei gratia Wir von Gottes Gnaden &c. hoc ipso si-
gnificantes à Deo Majestatem dependere: Quæ tamen verba
recte etiam à Principibus Germaniæ usurpari affirmamus,
idq; non ex privilegio aliquo, uti vult *Besold. all. loc. n. 13.* sed ex
jure proprio, & quidem ratione suorum Principatuum, quos
non muneris seu administrationis, sed Domini Jure, non ut
vicarii, sed ut perpetui Duces successoria lege proprioq; Marte
habent. *And. Knichen de sublim. & reg. territ. Jur. c. 1. n. 353. cum seqq.*
Unde etiam illud vulgatum, unumquemque eorum in suo
Principatu Imperatoris radium, tanquam sui solis, plenissima
imagine referre. *Dieter. de summ. summi Imp. potestate,* suoq; in
Territorio eandem vel similem, quam Imperator in universo
Imperio, Jurisdictionem exercere, *Mart. Stephan. de Jurisd.*
lib. 2. p. 2. c. 1. n. 41. Keinfing. de Regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 6. Ubi vul-
gatam hanc Doctorum Theoricam, posse scilicet quemlibet Prin-
cipem, Comitem, Baronem & Civitatem Imperii in suo Terri-
torio, quod potest Imperator in universo Imperio, nosse & pro-
lixè declarat. In Gallia tamen neminè absq; crimine læsæ Maje-
statis Regiæ ita scribere audent, testatur *Norderm. de Jure Princ.*
Conc. 38. lit. b. Et sub Carolo VII. in Gallia aliquè, qui se Dei gratia
Comitè Arminacensè inscriberet, fuisse propterea Majestatis
accusatū, notat *Dn. Keinfing. loco all. n. 25.* cum videretur his ver-
bis liberare se Regiæ potestate, unumq; se, nō Regē velle obser-
vari. Unde verò hoc, quod in plurali Nos, Wir sese scribe-
rent Principes, natum sit, dubitatur. Probabile purant hoc aliis,
loquantur tunc temporis apud Romanos initium sum fuisse, cum libertate
Principes declinante Principibus tam verbis, quam factis, oblanditi ho-
mines

Q. Unde
hoc, quod
in plurali
NOS, de se
loquantur
Principes
natum sit;

mines cepere, & Tu in Vos transformare; quasi is cui hoc da-
rent, comparatus cum aliis ratione meritotum multos aequaret;
Et cum hic Adulatorum loquendi mos profundas egisset radi-
ces, & alii quoque, ne impolitoris ingenii & honoris superio-
ribus competentis negligentiores viderentur, eandem loquendi
formulam secuti essent, tandem quoque Principes de se ipsis per
modum Nos locuti scripseruntque, ne forte minus sibi
tribuerent, quam alii tribuendum censerent. Videatur *Limn. de*

15. *Causa humana* est populus, qui in Regem vel Princi-
pem Majestatem transfert. *Porc. apud Magnif. Dn. Arum. Disc. all.*
c. 5. th. 3. uti hodie videmus in septem illis Germaniæ Principi-
bus, quibus facultas delata est Christiani Orbis eligendi Imper-
atorem; ubi tamen notandum, quod hi Serenissimi Electores in
hoc electionis actu non sigillatim, sed conjunctim considerati
populum ipsum & Christianam communitatem representant.

Humana
Principa-
lis.

16. *Causa Instrumentalis* sunt quoque modi, quibus Maje-
stas acquiritur seu transfertur. Hi etsi in thesi & in genere sint
plures, veluti Successio, Electio, (quam successioni merito præ-
ferimus) occupatio per bellum, Connubia, quorum occasione
item Regna & Principatus acquiruntur; veluti exemplum
obvium in Philippo I. Austriaco, Maximiliani Imperatoris I.
filio, qui duceudo Johannam Ferdinandi Catholici Hispaniarum
Regis filiam, Rex Hispaniarum factus, & sic hocce amplissimum
Regnum Domui Austriacæ acquisivit: in nostro tamen Imperio
Romano Germanico solummodò per modum electionis Imperi-
rii Majestas in Imperatorem transfertur. In qua electione con-
sideranda sunt i. *Personæ eligentes*, quæ sunt Serenissimi Electores,
væ Imperii columnæ & septemviri tres Ecclesiastici, Mogun-
tinus, Electoralis Collegii & Senatus Decanus & Director.
Magnif. D. Arum. tractatu de Com. c. 7. n. 38. & n. 76. Primus a. ex Dia-
cesi Moguntina Septemvir perhibetur Willegis, Patris Rheda-
rii filius & Ortonis III. Præceptor, de quo *Julius Wilhelm. Stinge-*
gräffe ita; Willegius der erste Churfürst zu Mainz eines schlecht-
ten herkommens vnd von einem Wagner in dem Sächsischen Dorff
Strönungen geboren/liche allenthalben in seine Gemach Käder an
die Wände mahlen/vnd diese Wort mit grossen Buchstaben darbey/
Willegis!

Instrumē-
talis.

O. Ele-
ctio an-
præferenda
successio-
ni?

Primus Es-
tor illo-
quuntur.



Willigia / Willigia deiner Anfunfft nicht vergiff. Und dannhero
 fol von Keyser Heinrichen dem andern das Rad dem ChurMäin-
 schen Wapen seyn einverleibet worden / In seinen der deutschen Scharff-
 sinnigen klugen Sprüthen. fol. mibi. 2. p. 1. vide Dresser. p. 2. mill. 6. Trevis-
 rensis. Colonienfis: Et quatuor seculares. Rex Bohemiar, Co-
 mes Palatinus, Dux Saxoniar, Marchio Brädenburgēsis. II. Persona
 eligenda, quæ debet esse idonea. Aur. Bull. c. 2. & quidem (1.) ratione
 Sexus, ut sit Mas, non foemina; Quis enim, inquit. Limu. genero-
floris Spiritus, qui maximè in Principibus Germania exuberat,
muliebri patienter feret Imperium, & quam domi habet sub-
ditam, foris reverenter agnoscet superiorem. 7. P. lib. 2. c. 2. n. 8. (2.)
 ratione Nationis, ut sit Germanus, Archiepisc. Moguntinenf. apud
 Sleidan. lib. 1. Dicimus tamen Germanum qui Patre vel Avo Ger-
 mano licet extra Germaniã, est natus. l. 6. §. 1. D. ad Municipalia. Dn.
 Arum. Discurs. 2. ad A. Bull. Exemplum post Frider. II. in Sicilia na-
 tum, habemus quoque in Ferdin. I. Romanorum Imperatore,
 Modinæ in Regno Castilæ nato. (3.) ratione Generis & Prosapia,
 ut scil. natus sit ex familia illustri & ad minimum, sit Germaniar
 Comes. (4.) ratione ætatis perfectæ, quæ tamen certa Legum publi-
 carum definitione circumscripta non est. De Carolo V. constat,
 ipsum anno ætatis 19. Imperatorem electum. Limu. Jur. Publ. all.
c. 2. n. 74. (5.) ratione Status, ut scil. sit Laicus non Clericus. (6.) ra-
 tione Virtutum & professionis, ut scil. sit pius, Christianus & c. mi-
 nimè verò præcisè requiritur, ut sit Romano-Catholicus; nam
 & Protestantes ad hoc summæ Dignitatis fastigium admitti pos-
 se, propter Constitutionem Religiosam nullum dubium habet.
 III. Modus & ordo votandi, qui peti potest ex Aurea Bulla Carol. IV.
 IV. Electionem consequentia, utpote privilegiorum confirmatio,
 Capitulatio, Coronatio. Notandum tamen, quòd uti olim tri-
 plex erat Coronatio, Germanica, Lombardica, Romana; ita
 quoq; tres Coronas Imperatori imponi solitum; una & prima
 ad designandam fortitudinem, quâ Rebelles comminere debet
 Imperator Ferrea, (secundùm communem opinionem, quam tamen
 potius communem errorem esse, patet ex iis, quæ habet
 Hieronym. Balb. de Coronatione c. 21. In Germania; inquit, perinde
 ut Romæ Coronâ aureâ Imperatorem insigniri, illâ scil. eadem,
 qua Carolus Magnus primùm usus est, ipse ego certissimus testis
 sum.

An Germa-
 nus sit, qui
 extra Ger-
 maniam
 est natus?

Coronatio
 triplex.

Handwritten notes in brown ink, including the name "Balb." and other illegible scribbles.



6
tam, qui non ab hinc anno tuæ Coronationi, Carole Quinte, in-
terfui &c. vide Buxtorf. ad Aur. Bull. Conc. 46. lit. F. ut ita certum sit,
ex puro auro hæc Coronam, non ex ferro esse confectam, in-
qua tamen, ut inquit *Limn.* adducens *Maur. de Coronat. Caroli V.*
veterum laudabilis parcitas satis elucet *lib. 2. c. 4. n. 37.*) ab Archie-
piscopo Coloniensi, & quidem Aquisgrani. *A. Bull. c. 14. & c. 28. §. 5.*
quanquam postea quo ad locum ab *A. Bulla* recessum sit, ut probant
Exempla Ferdin. I. Maximil. II. Rudolphi II. Matth. I. &
Ferdin. II. qui Francofurti coronati. Altera ad designandam puri-
tatem & claritatem *Argentea*, quam Imperator ingressus Italiam
recipiebat ab Archiepiscopo Mediolanensi. Tertia *Aurea*, quæ
coronabatur Imperator à Papa Romæ, ad Altare S. Petri. Hinc
ortum habent expeditio Romana der Römer Zug & alia Statuum
Imperii onera sumptusque; siquidem ex usu Imperii & novissi-
mis Constitutionibus ist der Römer Zug vff 20000. zu Fuß/ vnd
4000. zu Ross sechs Monat angeschlagen vnd einem jeden Stande
des Reichs nach Gelegenheit seiner Güter ein Anzahl/wie viel er zu
Ross vnd Fuß daran schicken / oder vor jeden zu Ross zwölff vnd zu
Fuß vier Gülden an Gelde Monatlichen erlegen vnd bezahlen muß/
auferleget. *N. A. zu Worms Anno 1521. §. Auch haben ons. & §. Item haben*
wir ons. Quid verò & quantum singuli Status in specie ad hanc
expeditionem Romanam, sicut & ad sustentationem Camere
conferant, post alios notavit *Limn. 7. Publ. lib. 2. c. 4. n. fin. & lib. 4.*
c. 7. n. 66. & 67. Verùm sicut per multa annorum curricula Lomba-
dica seu Mediolanensis coronatio ex usu fuit sublata, *Balb. all. c. 21.*
Ita quoque merito Romana amplius non attenditur, non solum
propter Constitutionem Imperatoris Ludovici IV. quæ illorum
sententia, qui Romæ Coronationis ritum ad præcisam neces-
sitate traxere, ac ex ea Imperii authoritatem ac potestate de-
pendere existimârunt, damnatur; sed etiam (taceo multa in-
commoda vitæque pericula Imperatori Romæ imminencia, ac
pro me respondeat Rudolph. I. quæ situs, cur Romæ Coronam non
peteret:

vestigia terrent
omnia adversum spectantia, nullarerrorum)
quia ex Procerum electione Imperator suæ Majestatis quiddita-
tem ac essentiam juraque Imperii habet, nequaquam ex corona-
tione,

Imperatores
nan to Ags
ab Episcopo
niens

Römer
Zug/ unde

Corona Romæ
ab Episcopo
niens

trone, quæ nihil novi Electo, tribuit, sed quod tributum est, festi-
vè magis ac solenniter, quàm de necessitate significat: Non
enim ideo est Rex, quia quis coronatur, sed ideo quis coronatur,
quia est Rex. Quapropter optimo Jure nec Rudol. I. nec Albertus,
nec Max. I. nec Ferd. I. nec Maxim. II. Rudol. II, Matth. nec modernū
Imperatorem Ferdin. II. Romæ Coronatos fuisse legimus; ut ita
vanum huc usq; eorum augurium non fuisse appareat, qui, cum
in Coronatione Pontificia Caroli V. Imp. Bononiæ celebratâ,
pons ingens, super quem ingrediebatur, corrueret, rem in omen
vertentes, ex contracto ponte nullum deinceps alium Impera-
torem à Papa coronatum iri, vaticinari ausi fuerunt. *Dn. Ordin.*

Causa Di-
rigens.
1. Pruden-
tia.

Arum. tractat. de Comit. c. 3. n. 49.
17. *Causa dirigens est I. Prudentia, Matth. Porc. ap. Dn. Arum.*
all. Discurs. Academ. Verùm non simulata illa, quam Pseudopoli-
tici & Machiavelli Affectu. specioso nomine RATIONE STATUS
prædunt; cujus scopus est (i.) ut Principes in eventum omnes
actiones suas, etiam iniquissimas, excusare & defendere possint;
(2.) ut solam Reipubl. utilitatem & amplificationem intendant,
quibuscūq; etia mediis sive justis sive injustis, sive honestis sive
inhonestis, sive pietate sive impietate id fiat: sed ea, quæ Pietati
& Virtuti est consociata: Hæc enim vera est scientia, eorum
gerendarum & omittendarum, quæ ex memoria prætorum,
varietate circumstantiarum, probè discussâ, præsentia disponit,
futura prospicit & ad felicem finem omnia dirigit. Est autem
Prudentia Principis vel propria, cujus sicut & cujuslibet ac qui-
rendæ media occurrunt. 1. Timor Domini, qui omnis sapientiæ
est initium. 2. Natura, quæ disponit & habilem reddit. 3. Doctri-
na, quæ confirmat. 4. Usus & experientia, quæ perficit & com-
plementum addit: quæ quatuor conjunctim sanè requiruntur,
ut ita solo usu Prudentia Politicæ vix comparetur, sed etiam
Theorematum & Præceptorum Politicorum ac Juris tam priva-
ti, quàm publ. doctrina requiratur. Et quanquam, ut vulgò dici
solet, usus & experientia faciat artificem, attamen non ea, quæ
opinionem ac ignorantiam confidit, sed quæ certitudine Præptio-
rum ante sublatâ fundatur. *Bornii de Prudent. Politi. comparada.*
2. *Justitia. II. Justitia*, quæ jus & æquum firmiter servat, quæq; Majestatis
actus voluntatemq; ad rectæ rationis præscriptum & æquitatem
dirigit, qua sine nulla sanè Respubl. incolumis stare potest &
salva:.

7
salva: hincque *Augustinus* Imperia ait, absq; Justitia non Imperia, sed rapinas & latrocinia esse lib. 4. c. 4. de Civit. Dei imò certum est, quòd ne quidem ipsa latronum societates absq; justitia conservari possint.

18. *Causa conservans Majestatem sunt Leges & Arma*; hæc Conservas enim duo sunt illa, sceptrà quæ Regem exoriant maximum, 1. Arma. admirabilem, formidabilem omnibusq; venerandum efficiunt. 2. Leges. *Rittersb. Comment. Instit. Imp. ad Proem.* hocq; est, quod sacratissimus Imp. Justinianus dicit in *d. Proem. Instit.* Imperatoriam Majestatem non tantùm armis decoratam, sed etiam legibus armatà esse oportere. Et hanc ob causam Julius Cæsar in globo mundi stans depingitur, dextrâ tenens gladium, sinistrâ verò librum, cum hac inscriptione *Ex utroq; Cæsar.*

19. *Materia*, quanquam aliàs à Philosophis detur triplex, *Materia*, ex qua, in qua & circa quam; Majestas tamen materiam propriè sic dictam ex qua, habet nullam, cum accidens Ea sit, materia, verò propriè substantiarum est corporearum, uti Physica monstrant principia.

20. *Materia circa quam, aliàs objectum*, puto omnes esse circa quâ, res tam humanas, quàm Divinas, quatenus scil. summa in iis existum, exercet potestas.

21. *Materia in qua sive subjectum est. qualibet Respubl. per se* In qua, sive ita, ita tamen ut pro diversa Reipubl. forma, etiam diversis insit, subjectum, ut si est Monarchia sit penes unum, si Aristocratia penes Optimates seu Procures, si Democratia penes populum universum. Qua in re tamen accuratè distinguendus est ipse Reipubl. Status ab ipsa imperandi seu administrandi forma & ratione accidentali, quæ duo inter se plurimum distant. *Dn. Reinlingk de Regim. secul. lib. 1. Cl. 2. c. 2. n. 95.* ubi ad nostrum Imperium hanc distinctionem applicat defendendo, Quòd scil. Status ipse nostri Imperii. An Imò Romano Germanici sit Monarchicus, etsi modus & ratio ad perii Romano Germanici status sit ministrandi videatur esse aristocratica; quo cum etiam facit in hunc usq; diem ut summa Monarchia prælucescit, quamvis in regimine non parum sic temperata. Quam opinionem benè defendi posse arbitramur, quicquid etiam alii de Statu mixto adducant.

Q. An Ma-
jestas aliis,
præter Im-
peratorem
competat:

22. Quod autem *Dn. Reinling de Regim. secul. lib. 1. Cl. 3. c. 11.*

scribit, Majestatem proprie loquendo soli Imperatori compe-
tere Romano, aliis vero Regibus Principibus & Rebus publi-
cis, etiam si neminem nisi Deum superiorem recognoscant, non
nisi per similitudinem & quandam analogiam; hincq; fieri pu-
tat, quòd in Imperii conventibus Regibus non Majestatis, sed
solum Regiæ Dignitatis Titulus attribuitur, *Königliche Würde/
R. N. zu Eslingen de anno 1526. §. vnd seynd diß die Churfürsten. R. N. zu
Regenpurg 1527. §. vnd als vff gehaltenen Tag ibi, Königliche Würde zu
Engellandt/ id vix concedimus, cum enim alii Principes &
Respubl. superiorem non recognoscentes summam potestatem
in suis Regnis æque ac Imperator in Imperio Romano exer-
ceant, non video, quidni etiam æque proprie ipsis Majestas at-
tribui possit. Nec quicquam ex *alt. Imperii Recensibilibus* probatur.
Præterquam enim quòd Majestatis vis & essentia non in nomi-
ne & nudo titulo, sed in summa neminiq; subiecta potestate sit
posita, etiam responderi potest, quòd in ejusmodi titulis & ap-
pellationibus *Keyserlicher Majestät* vox Majestatis non sum-
atur pro ipso summo potestatis Jure, sed pro summa Personæ
dignitate, quæ cum præ aliis maximè polleat Imperator, ut po-
te Christianos Principes dignitate & Excellentia antecedens.
*R. N. anno 1518. princ. 1529. §. vnd anfänglich anno 1530. §. nach dem
aber 1 ibi Oberstes Haupt der Christenheit/ quam quoque eminentiam
nec Turca Imperatori nostro invidet, ita ad eundem scri-
bens; In fide Jesu Nazareni inter cæteros Principes Christia-
norum summo. Magnif. Dn. Bernhar d. Berram. Mecenas meus
Augustus de Comitibus memb. 1. merito etiam hunc Titulū Majestät
ratione hujus præminentie sibi in Imperio vindicat Impera-
tor solus.**

Forma Ma-
jestatis la-
tet in tri-
bus hisce
notis.

1. Summa.

23. *Forma* Majestatis quæ sit, non satis apud omnes est
expeditum: Nos illam in tribus hisce notis latere arbitramur,
ut nunc sit potestas *1. summa 2. perpetua 3. legibus soluta.*

24. *Summa* est, quia post omnipotentem & infinitam

Sacrosanctæ Trinitatis *1. 2. 3.* inter homines superiorem pote-
statem agnoscit nullam; nulli præterquam Deo est subiecta, aliis
parere nescia. Unde nos homines Principem colimus, tali po-
testate summa fulgentem, ut hominem à Deo secundum, solo
Deo minorè; sic enim omnib. major est, inquit alibi *Tertullianus*
dum

dum solo Deo est minor. Ut ita non videam, quomodo absque
 implicacione contradictionis *Besold. polit. l. 5. W iasber. disp. de Re-*
publ. n. 25. Stebenthal Colleg. Polit. Exercit. 7. lb. 14. & cum iis plures
 Majestatem Imperatoris seu personalem summam dicant po-
 testatem, ita tamen ut nihilominus Majestati Imperii seu Reali,
 utri eam vocant, tanquam superiori sit obnoxia & obstricta:
 summum enim est, quo nihil in eo ordine datur superius, quod
 supra omnia est, & ipsum supra se nihil habet. *Arnif. de Jurib.*
Majest. c. 3. n. 1. An verò salva summæ hujus potestatis seu Maje-
 statis Essentiâ, Princeps summus in certa Capita (unde nomen
 habet Capitulatio,) jurare queat, quod nim. bene Remp. regere,
 & more Majorum imperare velit? Quod affirmamus, idq; de
 Jure Gentium; siquidem nec ullum ferme Christiani orbis
 Regnum hodie monstrari posse attestatur *Dn. Reintings/* cujus
 Princeps vel Rex sine solenni Juramento ungetur, nullamque
 Gentem, præter Turcicam, tam stupidam, barbaram, & pecu-
 dis potiùs quàm hominibus similem esse, quæ non inaugurand
 Regem aliquam conservandi Regni fidem ac jusjurandum
 ab illo exigit. *de Regim. secul. lib. 1. Cl. 3. c. 9. n. 34.* id, quod num. seq.
 multis potentissimorum Regum, Hispaniæ, Galliæ, Ungariæ,
 Angliæ, Poloniæ &c. exemplis demonstrat. Unde *Dn. Limanus*
 in nostro Imperio Majestatem Imperatoris potiùs Capitulatione
 ne firmari, quàm infirmari credit *lib. 1. J. P. cap. 12. n. 37.* ubi egre-
 gio certe & apto simili hoc illustrat: Quemadmodum enim,
inquit, candela, vitreæ, inclusa capsulæ, & que ac si extra eandem
 posita esset, lumen suum spargit, ac hoc modo conservatur, ne
 ventis hinc inde exposita, extingatur aut diffluat; Ita Maje-
 stas Splendor circumstante at non obstante Capitulationis fa-
 brica lucidus apparet, munitus tamè hâc ipsa, ne favoritis adu-
 lationum ventis admissis pronâ licentiâ pereat & summam de-
 niq; patiarur Eclipsin.

Q. An sala
 va Maje-
 te in Capi-
 tulatione
 Princeps
 jurare que-
 at?

25. Perpetua est; quæ enim ad tempus tantum data est &
 concessa potestas, illa Majestatis nomen haud meretur. *Braudl.*
Epicom. Jur. Publ. lib. 3. c. 1. n. 12. ut ita facile constet, quid de Con-
 sulari & Dictatoris apud Romanos Imperio sit statuendum,
 quid item de illis, qui vacante Imperio administrationem tan-
 quàm Vicarii habent. *c. 5. A. B. de quibus infra lb. 40.* his se Majestatem
 attribui vix posse, cum non sit perpetua eorum potestas. Hic si
 aliquis

2. Perpetua
 est?



aliquis nobis objiceret, imò ut Majestas sit perpetua, necessariū non esse, cum sponte sese Imperio abdicare illudq; populo aut successori legitimo resignare fas sit. *Hillig. Don. Enucl. lib. 17. c. 7. Matth. Steph. de Jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 132.* Exemplum habemus in invictissimo Imper. Carolo V. qui anno Christi 1555, cum imperasset 35. annis, curis & laboribus stans tandem Imperio sese Francofurti abdicavit, illudq; in Fratrem Ferdinandū post biennium transiit. *R. A. in Augspurg. 1559. in princ. Magnif. Du. Arum. de Comitibus c. 5. n. 12. Besold. Synops. historiar. pag. mil. 486.* Ad hoc respondetur fieri hoc, ex accidenti, adeoq; nihilominus Majestatem suā Naturā ex animo transferentis ac recipientis recte perpetuam dici, non aliter ac Conjugium est & dicitur, suā scilicet naturā ex animo & voto contrahentium, perpetuum & indissolubile vinculum, ut inter dum ex accidenti eveniat. Separatio.

Legibus soluta. 26. *Legibus est soluta;* Cum enim sint Leges scita superioris potestatis, quibus in officio continentur, qui sua sponte officium facere recusant. *c. facte 1. Distinct. 4. carumq; Virtus sit, imperare, punire l. 7. De Legib. utiq; Majestatem Legibus solutam esse oportet, quæ superiorem potestatem & Imperium non agnoscit. Nec est, quòd summam potestatem suis legibus vinciri posse, quis dicat; neminem enim sibi ipsi imperare posse, jam dudum Marcianus respondit in l. 5. De Recept. arbit. & hæc quoq; est ratio, quod in Grammaticis Conjugationibus Imperativus prima caret persona. Princeps itaq; summus scilicet solutus est legibus. l. Princeps. 30. ff. de Legib. etiam Gentium & Naturalibus, in quantum Principis Leges per approbationem sunt factæ, annexam habentes *divinam & necessitatem parandi.* Hoc saltem hic querere lubet, cum Princeps Jure Naturæ & Divino mero & absoluto, omnino pudore, conscientia & honestate teneatur. *princ. Inst. de Fideicommiss. heredit. an contra illud probabili interveniente ratione aliquid statuere possit?* Id quod affirmat *Panormitanus* & alii plures, quos allegat *Carote Jus Nat. & Divinum, & mut. i. quia hæc Jura æterna & immutabilia Divinæ sapientiæ sunt Decreta. §. 11. Inst. de Jur. Nat. Gen. & Civil. 2. quia nullam probabilem rationem excogitari posse arbitramur, ob quam Dei & Naturæ præcepta violemus, transgrediamur atque tollamus.**

Hinc



Hinc Episcopus Ratisponensis, Wolfgangus vehementer conquestus de Aula Politicis, qui etiam contra honestatis & Divini Juris Praescriptum tempori inserviendum esse, Principibus suis persuadeant, in literis ad Status Imp. missis, quae exi-
 erunt in Donauwörthischer information, pag. 261. ibi; Unter andern ist sich das zum höchsten zuverwundern / und zu beklagen / daß man auch unser vnsern Politicis solche Leute findet/ die sich unterstehen dörffen / wieder ihr selbst eizen Wissen vnd Gewissen die Römische Keyserliche Majestät dahin zubereden / man müsse wieder G.Dt vnd Ehr wegen der Zeit Beschaffenheit temporisiren vnd nachsehen. Vocat hanc opinionem *Ferdinanda. ab Efferen dulce Politicorū venenum*, quod sub specie Rationis Status, Remp. Christianam inficit & tandem penitus evertit, *In Praefat. Manual. Polit.* ubi egregie & doctè hac de re scribit ac differit. Verum videat, ne & ipse Jesuitarum obligatissimus (uri se praedicat) hoc dulci veneno sit infectus, cui iure objici illud possit;

Turpe est Doctorem cum culpa redargui ipsum.

27. *Finis* Majestatis est vel internus, vel externus.

Majestatis
Finis.
Internus.

28. *Internus* est Rempubl. summo Imperio & universali

Externus.

Jurisdictione animare. *Porc. all. Discurs. c. 5. 16. 18.*

29. *Externus* est populi Salus, quae Principi suprema lex

esse debet; unde quoq; *Apostol. ad Rom. 3.* Magistratum dicit, Dei Ministrum subditis in bonum.

Majestatis
Divisio.

30. *Causarum expositionem* sequitur *Divisio Majestatis*:

siquidem res divisionem recipere non potest, nisi prius in suo esse per causas sit constituta.

Ratione
Subjecti in
Personale,
& Reale.

31. *Ratione Subjecti* hodiè à plerisq; Jurispubl. Scriptori- bus dividitur Majestas in *Majestatem Personalem* seu Imperantis, &

Q. An Di-
& Reale.

Realem seu Imperii; *Realem* dicunt, quae Reipubl. perpetuò in-

visio Maje-
statis in
Realem &
personale

haeret & Imperio est coeva, nec per decessum Regis aut Prin-

subsistere
possit?

cipis unà expirat: *Personalem*, quae in certam Personam est colla-

Q. populus
Roman. an
Lege Regia
& abdicativè
suam pote-
statem in
Principem

ta & cum eadem expirat. Hancq; à Reali ita dependere scribunt,

ut ipsi tanquam superiori sit obnoxia & obstricta: Verum an

haec Majestatis Divisio maximè in applicatione ad Imperium nostrum, subsistere possit, dubito, 1. Quia lege Regia omnè po-

testatem suam Populus Romanus transtulit in Imperatorem, & quidem abdicativè, uti probati potest per *Constitut. Deo Auctore D. praefixam. §. 7. l. 1. de Ambit. l. 12. C. de Legib. 2.* Quia repugnat naturæ Majestatis, superiorem seu aequalem agnoscere potesta-

statem in
Principem
trastulerit?

tem,

C



tem, quod utiq; in hac divisione fieret. 3. Quia Imperator adhuc hodie omnibus, universis ac singulis Imperii Proceribus ex plenitudine potestatis, aus. *Keyserlicher Macht und Vollkommenheit* imperat. N. A. in Nürenb. de anno 1521. rubric. Das Edict von dem Regiment zu Nürenberg in 1521 Jahr/ von Succession Brüder und Schwester Kinder.

32. Nec movet me. i. quod mortuo Principe ac Imperatore, penes Imperium nihilominus maneat summa potestas, ut ita, cum eam rursus alii concedere Proceres possint, omnino necessum sit Imperio hanc Majestatem coævam esse, & sic Realem, utpote quæ cum Persona Principis non interit; 2. Quod Populus seu Proceres Regni Principem hostili animo adversus Rempubl. insurgentem, illamq; penitus evertentem Imperio privare & deponere queant. *Autor der defension vff bescheyene Einrede/ apud Magnific. Dn. Hordleder. tom. 2 lib. 1. c. 11. ubi.* Das ist aber der ordentliche Weg/wann der Keyser dem Reich vnd desselben Stände beschwerlich vñ unerträglich ist/ auch wieder sein Verschreibung vnd Verpflichtung handelt/ daß die Stände/ denen die Keyserliche Wahl ordinariè zu thun gebühret/ auff vorhergehende Erforderung vnd Verhörung wiederum ordinariè ensen; quemadmodum Exemplum *Wenzeslai Caroli IV. f. 111. notus*, qui circa annu 1400. cum vino, ventri, veneri noctes diesq; inferviret, & publicam Salutem in extremum conjiceret periculum & discrimen, tandem ab Electoribus post multas & crebras admonitiones Imperio est eximus. *Besold. Synops. historiar. pag. 433.* quod sanè durum & vix Verbo Divino consentaneum foret, nisi Majestate aliqua, puta Imperii seu Reali, contra ejusmodi Principem, Proceres essent muniti: Respondemus enim ad i. Majestatem potiùs à Republica abfuisse, quamdiu eam habuit Princeps, & extincto Principe rursus ad Rempubl. populum seu Proceres universos, à quibus eam accepit, redire; juxta illud, redit ad Dominum, quod fuit ante suum. Hinc haud inficias imus, Imperii Proceres posse nomine Imperii Principem, si contra Rempubl. ausu temerario & hostili insurgat, eandemq; è radice evertere conetur, coercere, ipsumq; è folio deturbare; Verùm non intuitu alicujus Majestatis, præter eam, quam Princeps aliàs habuit; non certè peculiaris, & specialiter Imperio seu Reipubl. competentis, Reals scil. sed quia eo ipso, quod Princeps

Princeps Leges fundamentales, quibus ipsius Majestas tanquam fundamento innititur, violat, fidem negligit, Rempubl. evertit, ipse sese Principatu ac Imperio quasi exiit, Princeps ac Imperator esse desinit, populusq; liber ac superior efficitur, reverso ad eum Jure & potestate, quam ante inauguratum Regem in Republ. obtinebat. *Dn. Keitling de Regim. secul. lib. 1. Ch. 2. c. 2. Lausius de Lege Reg. th. 100.*

33. *Ratione objecti* Majestas alia est *Politica*, quæ in legibus & Judiciis civilibus absolvitur, alia *Ecclesiastica*, quæ in Rebus sacris & Ecclesiasticis est occupata; & consistit in legitima Religionis introductione, & introductæ conservatione. *Brandlachs. Epitom. Jur. Publ. lib. 1. c. 1. n. fin.* Nec enim facimus cum iis, qui ad Principem curam tantummodo rerum secularium, spectantium ad utilitatem subditorum externam & temporalem pertinere dicunt, sed omninò existimamus, Principis etiam esse, sacra, & quæ ad Religionem spectant, tueri, curare ac conservare. *Reverendiss. Dn. Himmel. Syntagma. Loco de Magistr. Polit. th. 69. (1.)* Quia Magistratus passim utriusq; Tabulæ Decalogi indigentur Custodes & Nutrici Ecclesiæ *Esai 49. (2.)* Christus & Apostoli Ecclesiam, quatenus in hac vita militat, politicæ potestati subjecerunt *Actor. 25. Rom. 13. 1. Per. 2. (3.)* Moses, Josua, David, Salomon &c. Religionis & sacrorum susceperunt curam *Exod. 27. 32. Jos. 1. Chron. 14. 2. Chron. c. 17. c. 29. & seqq. v. 2. Ecclesiast. 47. (4.)* Religiosissimorum Principum Romanorum probata & satis laudata profiant exempla & Leges de summa Trinitate & fide Catholica, *101. Tit. C. de summa Trinitate &c. de Reb. Ecclesiæ. Novell. 7. 46 55. 67. de personarum Ecclesiasticarum officio, creatione, immunitate, numero. 101. Tit. C. de Episcop. & Clericis. cum tit. seqq. Novella 3. 16. 123. de diebus festis. l. ult. C. de feriis, de hæreticis. 101. Tit. C. de Hæretic. & Manich. de Regulis Ecclesiasticis. Novell. 131. c. 1. & in Novell. 115. c. 3. expressa sunt D. Justiniani verba; si enim inquit, pro causis temporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute (quæ in vera religione consistit) providentia est nostræ sollicitudinis adhibenda. Imò (5.) ultimus Majestatis finis hoc requirit, qui est POPULI SALUS. Consistit autem populi Salus non tantum in cura rerum Civiliu, sed maxime quoq; in tuenda & conservanda Religione, quæ unicum societatis Civiles vinculum est ac fundamentum, quo sublato & posth-*

2. Ratione objecti in Politicâ & Ecclesiasticam.
Q. An cura sacrorum etiam ad Magistratum Politicū spectet?



bito, Justitiam quoq; fidem publicam, honestatem & sic totam
Rempubl. corrumpere est necesse. *R. A. zu Regensburg 1532 ibis.*
darneß erfolge würde/das alle Zucht/Chr/Behorsam vñ andere gute
Tugenden in geistlichen vnd weltlichen gänzlich fallen würden. *Uti,*
inquit Limn. summi Magistratus est prospicere, ut pacatam ha-
beat Rempubl. ita etiam, ut Dei vicem his in terris gerens, idem
in id laborare debet, ne in fidei negotiis animorum divortio fa-
cto, Ecclesia, cuius ipse Protector est & Advocatus, periculofum
subeat naufragium *lib. 1. c. 13. m. 10.* Quo solido itaq; fundamēto Pō-
tificii Scriptores & Politici omnē Principib. Religionis & sacrorū
curam & Jurisdictionem in Personas Ecclesiasticas, etiam in
temporalibus adimant, suūq; tantummodo ad Pontificē per-
tinere aucter scribant, quos inter etiam est *Ferdin. ab Effren in*
Manual. Politic. lib. 2. p. 4. videre adhuc nequeo. Hoc certū est,
quod multis verborum figuris, rationum blandimentis & facto-
rum figmentis hanc suam opinionem stabilire desudent; verū
vix est, ut in ipsis obtineant rerum argumentis: Unicum ex antea
allegato *Ferdin. ab Effren in fin. citati puncti* adducam. Fuit qui-
dam, *inquit,* Catholicus Princeps inviratus ad Aulam Principis
Lutherani, ad quam cum venisset, conventum quindecim Prin-
cipum invenit, & in omni conversatione in consiliis & in mensa
audivit singulos sibi hoc prædicatum tribuere, Ego sum Papa in
mea Provincia; Provocatus ut idem diceret, & in suis ditionibus
libertatem Religionis, hoc est, Exercitiū Lutheranum, permette-
ret, diu resistit, tandem importunitate victus poculum vini ma-
nu gestans, dixit, & ego sum Papa in meis Provinciis: quo verbo
prolato, decidit poculum, manus tremuit, lingua defecit, & mul-
ta tristia consecuta sunt. *Hactenus ille.* Sanè facilè quidem mi-
hi persuadeo ad imitationem aliarum Legendarum à Monachis
otiosis conscriptarum, hanc à dicto Authore literis fuisse consi-
gnatam relationem; sed sit vera, mirum tamen non est, ut pocu-
lis vini strenuè exhaustis, lingua, pes & manus officium suum
perdant, adeoq; pro singulari læsa Sanctitatis Pontificiæ exem-
plo hoc allegare, erit oleum & operam perdere. Hoc obiter sal-
tem hic subungere placet, quod in allegandis & applicandis Hi-
storiis liticos intra muros peccetur & extra; dum sæpius nostra-
tes quoq; historias verissimas, earundemq; circumstantias va-
rium in modum mutant, mutilant vel etiam interdum planè
evertunt, saltem eā intentione, ut suo instituto inferire, & eandē
ad ma-

Ferdin. ab
Effren hi-
storica res
latio.

ad materiam & scopum propositum applicare queant. Sic verbi
 causa, multi passim, ut scilicet exemplo demonstrent hoc, quod in a-
 gone & morte, Sanctorum invocatione & patrocinio nihil juve-
 mur, sed solus sit Christus, qui agras conscientias consoletur,
 adducunt, non quidem ineptè, Georgium Saxonix Ducem, qui
 postquam ipsi Apostolum suum Jacobum invocanti, mori beate
 & tranquille non contingeret, sed intolerabiles mortis crucia-
 tus sentiret, tandem à Nobili & verè pio Dn. D. Sebastiano Noth/^{D. Noth}
 Medico Aulico & Amplissimo Dn. D. Sebastiani Nothen/^{Medicus} hodie
 apud Lipsientes Medici Practici, uti experientissimi, ita felicissi-
 mi. b. m. Avo, ad Christum unicum intercessorem fuit remissus:
 Verùm in hoc a veritate historica aberrat. 1. dum pro prædicto
 Dn. D. Noth/ qui verum salutis auctorem Duci demonstravit, aliū
 mirà varietate subleuunt; 2. dum post hanc admonitione tran-
 quillo & placido animi suspirio Ducem animam suam egisse di-
 cunt, cum tamè aliud ex Fabricio cõstet de Orig. Illustr. Stirp. Saxo.
 lib. 7. p. 378. cuius verba hæc sunt: Die autem Aprilis sexto decimo,
 cum ante cenam soluta uteretur potione, nocte ille torminibus vebemen-
 tissimis vexatus est; Vocari aliquoties ad se iussit Cancellarium, ut te-
 stamentum aut faceret aut obsignaret, sed is cum circa horam quartam
 manè venisset, nullum Dux amplius emittere potuit verbum. Erant illi
 presentes Noth Medicus Aulicus, & Isenbergius, Pastor Dresdensis;
 Hic agentem animam iussit invocare iuclarem suum Jacobum Aposto-
 lum; sed ille clamavit potius invocandum Christum Jesum. Pastorem
 etiam repulerunt Johannes Lindenavimus & Fridericus Olsnicius, viri
 Nobiles, Duci familiares. In eiusmodi contentione ne quid placide aut
 sine dubitatione mori senex erumposus potuit &c. Quod idem ipse
 quoque statatur Cancellarius Simon Pistorius, in Epistola ad Fabri-
 cium missa. Sed hoc saltem occasionaliter.

34. Notandum tamen hic, quod quæ de Principis Eccle-
 siastica diximus potestate, sint accipienda de externa, quæ extra
 templum circa personas & bona Ecclesiastica exercetur, & ad
 Exercitium cultus Divini externum spectat; nequaquam verò de
 potestate Ecclesiastica Spirituali seu internâ, quæ ab Ecclesiasti-
 cis ecclesiasticè exercetur, docendo, solvendo, ligando Sacramen-
 ta administrando. Quapropter et si vigore Reformationis religio-
 se Jurisdictione Ecclesiastica Principibus & Statibus Augustinæ
 Confessionis addidit sit restituta, & Papalis potestas in eorundem
 terris & ditioribus planè suspensa, N. A. in Augsp. anno 1555. s.
 damit

Potestas Ec-
 clesiastica,
 Externa,
 Interna.

Quomodo
Principes
exerceant
Jura Epi-
scopalia.

Q Excom-
municatio
minor seu
suspensio
ab usu Coe-
nae Domi-
nicae an-
privato Mi-
nistrorum
Ecclesiae
arbitrio sit
relinquen-
da?

Q An Prin-
ceps Chri-
stianus pos-
sit Subdi-
ros ad fide
cogere?

damit auch/ita ut non immeritò itidem Principes & Status suis in
Territoriis vigore superioritatis Territorialis, de qua *infra* b. 48.
ejusmodi Jurisdictionem & Jura Episcopalia sibi vendicent;
Attamen ne vel usurpatione vel administratione confundantur
ea, quae ipsa Dei ordinatio & negotii qualitas separavit, ita eorun-
dem exercitium temperant, ut quaedam sibi solis immediatè re-
servent, veluti Constitutionum Ecclesiasticarum Promulgatio-
nem, quod etiam *Chcerdmung* referuntur, Synodorum convocatio-
nem; quaedam per Superintendentes peragant, utpote Mini-
strorum Ordinationem, Visitationem &c. quaedam per Consi-
storium; veluti causarum Ecclesiasticarum cognitionem, di-
judicationem, quod etiam referimus. Excommunicationem minorè
seu suspensionem ab usu Coenae Dominicae, quae privato Mini-
strorum etiam Superintendentis arbitrio absq; Consistorii au-
thoritate & Decreto relinqui non debet. *Constit. Elect. Eccles. de
Excommunicat.* Ratio est duplex, 1. ne scilicet ea privato fortè odio
incitati abutantur; 2. quia Excommunicatio hæc absq; exactis-
sima causæ cognitione fieri non debet. *Novell. 123. c. 11.* Causarum
verò Ecclesiasticarum cognitio & examinatio, & omnia ea, quae
sunt Jurisdictionis ad Consistoriales pertinent, non ad Ecclesiae
Ministros, ad quos spectant saltem ea, quae sunt Ordinis & quae
ipsum respiciunt Ministerium. *Perquam Reverend. Dn. D. Gerhard.
Loc. Theol. tom. 6 §. 114. n. 4. Dn. Keinkingf de Regim. Ecclesiast. lib. 1. c.
10. n. 5. & 6.* quaedam deniq; Ecclesiae Ministris Solis relinquunt,
uti Verbi prædicationem, Sacramentorum administrationem, &c.
Nec enim cõmonit Principi munia Sacerdotum peragere 2. *Chron. 13.*
nec interiorem hominem informare, & leges mentibus & con-
scientiis ferre; hoc enim solius Dei est reservatum, & Mentium
Rex Deus est, inquit *Curt. lib. 8.* Quod etiam laudatissimus Heros
Stephanus, Rex Poloniae probè animadvertit, qui erebris sermo-
nibus usurpare solitus est, Triam Deum sibi reservasse, in quibus
nec velit, nec possit habere parem, 1. Ex nihilo aliquid facere. 2.
scire futura 3. dominari conscientiis. Ut ita iterum male faciant
Pontifici, quodd in quaestione illa: An Princeps seu Magistratus
subditos ad fidem cogere possit? non velint distinguere inter pu-
blici exercitii prohibitionem, quae omninò Principi permittitur,
& violentam igne ac ferro mixtam conscientiarum coactionem;
quae hæc maxime abominabilis est ac detestanda, cum non sit
carificina aut sacrificiata Religio, sed anima Medicina. Imò
nemini

nemini imponi posse necessitatem aut credendi quod nolit, aut non credendi quod velit, naturalis quoq; ratio suadet; siquidem certum est, quod internus mentis ductus & voluntatis assensus, uti est invisibilis, in palpabilis, ita quoq; sit omnis violentiæ expers, ut cogi nequaquam possit. Hinc illud Ethicorum, voluntas cogi non potest. Fides itaq; vera, quæ in interno cordis assensu & certâ in mundi Redemptorem fiducia consistit, erit persuadenda non flammis & ferro imponenda, vis & minæ non efficiunt Christianos, sed hypocritas, Purpuræ Cultores, non veri Numinis; ut ita certum sit, Religionem magis plantari & augeri docendo, quam jubendo, monendo quam imitando, quæ de re latius Theologi: *Dn. D. Gerbard. Tom. de Magistrat. Polit. §. 198. Dn. D. Himmel. Synagm. Loco de Magistrat. Polit. lib. 70.*

reptis Ego
Religio

35. Hinc quoq; merito miserabilem illam hominum laniam Inquisitionem Hispanicam, Spanische Inquisitionem, rati Christianæ prorsus contrariam, improbandam & abominandam censemus; Hujus quippe tenore omnes ferè promiscuè, qui sub vulgato Lutheri nomine, vel minimum de religione suspecti erant, diris vinculis & carcerum squalore detinebantur, & tandem postquam illorum corpora ultra modum equuleo fuissent lacerata, ad flammam, gladium, aquam &c. damnabantur. *Norderman. de Jure Princip. lib. 31. In laniena Parisiensis anno 72 instituta, (quæ rabies postmodum omnes penè Regni Provincias pervasit) quot millia hominum omnis ætatis, sexus & conditionis fuere caesa, multi historicorum probe notârunt, ita, ut Reisner. in Isagog. Histor. menstruo spatio per Galliæ Regnum plures quam centum millia hominum religionis causâ occisos fuisse commemoret; imò tam diu in utrumq; Sexum lavitum fuisse, scribit *Touanus*, donec publica & nebulosissima flumina repleta cadaveribus, & atrata sanguine conspecta sint, ita, ut acolis etiam longè distitis usus aquæ ad potum aliisq; rebus necessarias, nec non & usus piscium humanâ carne seginatorum magnam execratione crudelitatis & inauditæ carnificinæ aliquantisper exosus fuerit. *in Histor. 72 Camer. part. 1. hist. Succ. c. 83.* O immanitatem, Scythicâ barbarie immaniores! ex qua Principes non nisi Pontificum Carnifices sunt spirituales, ut loquitur *Besola Polit. lib. 1. c. 3. n. 18.* Quod ipsi quoq; animadvertent Veneti, quibus hæc carnificina & beluina rabies admodum fuit invisa & exosa*

Inquisitio
Hispanica,
an probanda?

Laniena
Parisiensis

admiranda



& exosa: Quapropter cum adhortati à Pontifice essent, ut & ipsi in suos tali modo inquirerent prudenter & cordate nunciatum cum hoc responso dimiserunt: Se velle quidem peccantes in Religionem punire, sed non more Hispanorum. videatur *Dn. D. Gerhard. all. tom. 6. de Magistrat. Polit. §. 109. & 198.* An vero propterea Magistratus Politicus hæreticos coercere & in eos animadvertere plane non possit? Absit ut hoc dicamus: Cum enim superioris demonstrationum sit, curam Religionis ad Magistratum quoque spectare, utique etiam tanquam Dei vicarius & utriusque Tabulæ Decalogi Cultos curare potest ac debet, ut sincerum Divini cultus exercitium vigeat, & ne homines sancti pravis hæreticorum erroribus seducantur; Morte tamen corporali illos afficiendos esse, id merito negat. Nostrates, tum propter Scripturæ dicta, tum rationes, tum

Q. An Magistratus Politicus queat in hæreticos animadvertere?

Q. An hæretici poena capitali afficiendi?

primitivè Ecclesiæ praxi, tum late deducit *Dn. D. Gerhard. all. tom. §. 318. usq. ad §. 341.* Est enim hæresis error intellectus sive animi & opinionis, qui non est ex genere capitalium, imò potius, quæ capitalia per se sunt, mitigat, cum absit dolus. *Wesemb. in Codic. de Heret. n. 5.* ubi adducit *l. si Adulterium cum incestu, §. 1. ff. ad L. Jul. de Adulter. Dn. Benedictus Carpzov. tract. Crimin. p. 1. q. 44.* ubi dicit, Orthodoxos Evangelicos consentire, hæreticos scilicet per admonitionem dogmata sua pertinaciter retinentes & alios docentes, exilio plectendos, nequaquam ultimo supplicio afficiendos esse; id quod ex Principum Constitutionibus quoque probat *Wesemb. l. all. n. 5.* Limitatur tamen hoc, nisi seditiones insuper excitent & subditos adversus Magistratum instigent, vel blasphemii existant; tunc enim capitaliter in eos, non quidem ut hæreticos, sed ut pacis publicæ turbatores & Majestatis reos animadverti posse, haud inficiasimus. *Novell. 77. c. 1. Dn. Carpzov. all. loc. n. 41.* Et tales hæreticos Anabaptistas esse putat *Dn. Reinkingf. de Regim. Ecclesiast. Cl. 1. 3. c. 5. n. 25.* in quos per novissimas Imperii Constitutiones gladio ultore animadvertitur *N. N. zu Speyer de anno 1629. §. Nach dem auch kürzlich.* Romano Catholici Politici moderni distinguunt inter Juris rigorem, quo rectè poena capitis hæreticos affici, & Principum Imperii lenitatem, quâ mitius cum hæreticis agi scribunt; uti videre est apud *Ferdin. ab Efferen Man. Pol. p. 1. puncto 10.* cujus verba huc transcribere lubet. Porro, inquit, ut aliquid de rigore Juris remittant Catholici Principes, imitantur Deum D.N. permittunt aliquando illos in suis provinciis vivere, quando sine

Anabaptisten

sine periculo ejici non possunt, non quod ratificent hæresim aut hæreticis favcant, sed quia aliter impedire non possunt. Sed quâo fortiores facti sunt, lenitatē rigori præferunt: nam quos Jure pœnâ capitis afficere possent, sine conversionis sine damno honorum (NB) emigrare concedunt. *Hœc ille.* Ast vereor ego, ne in Theoria hæc tantummodo apud Pontificis vera sint, cum cōtrariū in praxi apud illos observari, multi quoti die adhuc (proh dolor!) in Bohemia, Silesia alibi; experiatur.

36. Quæstio etiam hic moveri potest, an armis religionem Princeps defendere debeat? Et plerunq; d'd distinguunt inter ipsam religionem, quatenus significat cultum Dei internum, & inter Religionis publicum exercitium, hoc armis defendi posse. Aliud non item. *Dn. D. Gerbard. Tom. 1. all. §. 397. Dn. Hordled. in disp. de Justit. bell. German. ass. 2.* Quod etiam collimate videtur Episcopus Salisburgensis, qui referente *Rhodijs Trin. Theol. Jurid.* interrogatus, quomodo in causa religionis, ejusque Exercitii publici pax inter Lutheranos & Papiſtas iniri queat? respondit; Tres tantummodo pacis ineundæ esse vias unam, ut Lutherani concedant Papiſtis, quod tamen verbo Dei freri haud essent facturi; alteram, ut Papiſtæ cedant Lutheranis, quod nunquam sunt facturi potentia & multitudine muniti: restare ergo tertiam, ut fortior inferiorem tollat armis. Qua etiam viâ periculi plenâ & sanguine humano etiamnum subente Potentes incedere hæcenus vidimus, relicta illâ tutissima, quam sacratissima Imperii lex digito quasi monstrat, daß nembllich solche streitige Religion anders nicht / denn durch Christliche freundliche friedliche Mittel vñ Wege zu einſältigen Christliche Verstand vñ Bergrung gebracht werden soll / alles bey Keyserlichen vñ Königlichem Würden / Fürstlichen Ehren vñ wahren Worte. *1. R. A. in Augsburg 1555. §. vñd damit.*

Q An Armis religio sit defendenda?

Tres pacis inter Lutheranos & Papiſtas via.

Additur quarta tutissima.

37. *Effecta Majestatis proxima & immediata sunt Jura Majestatis.* *Magnif. Dn. Arum. Disc. ad Aur. Bull. 5. ab. 13.* quæ à Feudistis vocatur Regalia. Germanis *Reyserliche* Heben vñ refer. *vaten. in Comit. Ratisbon. 1776 §. daburch dann. Bocer. de Regal. l. n. 3.*

Majestatis Effecta sunt Regalia.

38. Communiter dividuntur in *Majora*, in quibus summa prema potestas & dignitas Majestatis maximè conspicitur & præluet; & *Minora*, quæ primariò ad Principis spectant Fiscu.

Majora Minora.

D Sixim.



Sixin. de Regalib. lib. 1. c. 2. n. 2. Arnif. de Jurib. Majest. lib. 2. c. 1. n. 8. Braudlacbr. Epitom. Jur. Publ. lib. 3. c. 5.

39. Quot autem in specie sint Majestatis jura, vix certo definiiri posse arbitramur, cum varia à variis producantur. & proculdubio etiam tam lato pateant, quam lato sese extendit ejus, qui Majestare pollet, cura & officium. Nos è potioribus aliqua saltem pro ratione instituti nostri attingemus.

Potestas
condendi
Legem.

40. *Primum sit, Patroter condendi Legem. l. ult. C. de Legib. Sixin. de Regal. lib. 1. c. 2. & quidem universalem, cum consensu tamen & consilio Statuum Imperii: unde Reichsabschiede vocantur. Specialem verò & Localem ceteri Principes & Status Imperii suis in Territoriis & Provinciis vigore Superioritatis Territorialis. Krafft landfürstlicher Obherr Obrietheit promulgare possunt. Vnd würd der gemeine Ausschuss von der Landschaft / das seynd die von der Rittertschaft vnd vornehmsten Städten/darzu beschriben/ Coler. de Procef. Exec. p. 1. c. 3. n. 6. Hinc Leges Provinciales, municipales, & Statuta Land- vnd Stadtrecht. Vuchbild / Schneidew. ad §. Jus autè Civile. Inst. de Jur. N.G. & C. n. 13.*

Ultima Pro
vocatio.

41. *Aterum, ultima provocatio. Est enim de substantia appellationis seu provocacionis, ut terminus, à quo sit inferior termino ad quem. l. 1. §. 3. D. à quibus appell. non lic. Novell. 23. c. 4. quid autem Majestate his in terris est superius i per ea que diximus supra. Et hinc Ulpianus, Stultum, inquit d. l. 1. §. 3. illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur. Uri enim ex Oceano flumina fluere & ad eundem refruere dicuntur. Ecclesiast. c. 1. v. 7. ita ab Imperatore in Jus dicentes per concessionem fluit, & ad eundem per appellationes refruit Jurisdictio. Thom. Mich. de Jurisdic. lib. 1. l. c. Quapropter non immeritò & hodie, qui à Sacra Camera*

Q: An ab
Imper. vel
Camera
Imperiali
rectè ad
Pontificè
appelle
tur?

Majestate, vel à Camera Imperiali, etiam in causa pia & tunc lari ad Pontificem appellant, tanquam contemptores Jurisdictionis Imperialis decem Marcis auri puri (quarum singula secundum praxin Camerae Septuaginta aureos Rhenanos efficiunt) Magnif. Arum. Disc. ad A. B. v. 1. 7. n. 11. citantur: cuius rei prejudicium refert ex Seilero Dn. Limn. lib. 2. c. 9. n. 102. Das der Reichsflagen ihre appellation von einem Urtheil an diesem Cammergerichte gesprochen an päbstliche Heiligkeit gethan/demselben Cammergerichte insinuiret also: zur Schmach / Veracht. vnd Verleerung Kayser.

Kayserlicher Majestät Hoheit vnd zu Abbruch derselben Majestät
 vnd des heiligen Reichs Obrister Jurisdiction fürgenommen / lei-
 nes weges gezimbe / Sie auch derhalben die Peen der Rechte vnd
 andere merckliche Buß vnd Straff verurthelet haben / darein wir sie
 gefallen zu seyn erklären / vnd solche Peen off hundert Mark löbliches
 Geldes in den Kayserlichen vnd Reichs Kasse zu bezahlen mässigen.
 Solus itaq; Imperator in Imperio Jus recipiendi ultimam pro-
 vocationem habet, jure scilicet proprio & vigore Majestaticæ
 Sublimitatis. Ex speciali enim concessione & privilegio Im-
 peratoris idem Jus suis etiam in territoriis habent Principes
 Electores, quorum sententiis appellatur ad aliud Tribunal nõ
 potest nisi in casu denegatae Justitiæ (quò tamen requisitionem
 de administrandi Justitiã præcessisse, & Justitiã apertè dene-
 gatam esse oportet, ita, ut documentum ad hoc requiratur, nec
 locus sit Juramento. *Gail. Observ. 28. n. 3. Mysign. 2. observ. 74. &
 3. observ. 57.*) textus in *A. Bulla c. 11. Ordin. Cam. part. 2. c. 26. Buxtorf.
 ad A. Bull. concl. 94.* Hocq; de non appellando privilegium non
 solum Elector Saxonie in viridi observantia conservavit, sed
 postea quoq; impetrarunt id ceteri Saxonie Duces. *Consti.
 Ferdin. 1. 1559. Rudolph. II. 1586.* & quidem in omnibus Ducatibus
 suis & ditionibus, etiam iis, in quibus Jus Civile obtinet. Licet
 n. sub Principibus, Ducibus, ac Electore Saxonie ut plurimum Jus
 Saxonie observetur, tamen in ditione Coburgensi, & Heneberg-
 gensi, excepto Processu & formalibus, Jus Civile in materialibus,
 hoc est, in decidendis causis attendi, annotat. *Limn. Jur. Publ. lib.
 3. c. 10. n. 38.* Extat hoc Privilegium Domus Saxonice de verbo
 ad verbum apud *Jac. Anv. in suo Processu, lib. 1. c. 1. observ. 2. sub
 tit. Der Chur und Fürsten des Hauses Sachsen.* An verò à Princi-
 pe, quem condemnatus malè informatum esse præten-
 dit, ad melius informandum appellatio procedat? Alii putant, quòd
 sic, non quidem ordinario, sed extraordinario Jure, & suppli-
 cationis titulo, ut scilicet Princeps, plenius attentiusq; velit co-
 gnoscere, & quasi causam revidere; unde irregularem hanc
 appellationem communiter vocant. *Bocer de Regal. c. 2. n. 142.
 Anst. de Jur. Majest. c. 4. Limn. J. P. lib. 2. c. 9. n. 121.* Nos cum Heigio
 Question. 10. p. 1. n. 24. & seqq. optimè ita distingui posse existima-
 mus, Aut Princeps ipse, non quidem ad relationem alterius,
 sed causà cognitã auditis hinc inde partibus decretum in sa-

An ab
 Electorum
 sententiis
 appellari
 queat?
 Dis.

An à
 Principe
 malè infor-
 mato ad
 melius in-
 formandũ
 appellatio
 procedat?
 Cùm d. p.



oro auditorio tulit, & tunc Principem incuria & negligentia, quod non satis informatus decreverit, in simulare, vix tutum, vix concedendum; imò potius puniendum erit. *l. unic. De Offic. Præf. Prætor. l. 2. & 3. C. ut lue pendente.* cum Principis Acta omnia maturo consilio & deliberatione confici existimantur. *l. penult. ff. de hinc qua in Testam. delent.* Aut Princeps non ipse causam audivit, sed saltem ad relationem alterius inferioris fortè magistratus aut partis rescripsit & iudicavit; & tunc provocationem ad Principem melius informandum & quòd in relatione vel precibus falsò quid sit narratum, aut importunè suggestum, locum habere non refragan. *ur per. l. 1. §. 1. ff. de Appellat.* quemadmodum aliàs contra mandata & rescripta Principalia exceptiones sub: & obreptionis objici, & à moderatis Principibus æquis animis audiri solent. *l. jubemur 34. C. de Appellat. l. 1. C. de petit. bon. sub. l. meminerint 6. C. unde Vi.* Quid si verò in Judicio victus & condemnatus ad Dei Tribunal appellet, & Judicem ad justum ipsius Judicium, quod in valle Josaphat exercetur. *Job 31. in tra. certum tempus oietet.* Et placet hac in re ita

respondere, ut regulariter præcipuè in civilibus, non tantum taxatione. *Aulox. Parthenis. Divig. lib. 1. c. 1.* sed etiam poenà sit digna talis provocatio. *per l. 30. De Poenis.* ubi à Divo Marco relegationis poenà in eos dicitur statuta, qui aliquid fecerint; quo hominum animi superstitione Numinis terreantur; & quis dubitat, inquit *J. Cuius Ulpianus* in simili casu, eludendæ poenæ ac sententiæ causâ ad hoc eos decurrere, atq; sic Judicem confundere ac terrere velle. *in l. 6. Prino. ff. de Idq; maxime obtinet in Judiciis aliàs bene ordinatis ac constitutis, & ubi non manu regiâ, non ad placitû unius sed præcedente accuratâ per J. C. os religiosissimos habitâ causæ examinatione, sufficientiq; deliberatione, consilio ac suffragiis, & quidem in aliquot, ut vocant, Instantiis, Jus & Justitia administratur. In ejusmodi namq; Judiciis, qui per sententiam se gravatum putat, ille facili negotio in altera vel tertia instantia aliis remediis saluberrimis, puta Leterationis, Oberleterationis, Appellationis, Revisionis; Supplicationis &c. sibi suæq; causæ si modo est justa, prospicere potest. Quapropter non immeritò hoc ipso anno 1536. Majo m. Nobilissima & Amplissima Facultas Juridica Jenensis cuidam*

C. A.

Limit.

C. A. ordinariū suū Magistratū ad Tribunal Dei citanti Relegationis pœnam dicitavit, cui postea ad stipulati fūere. *7cri Wuebergenfer.* Limitatur tamen hæc nostra assertio, nisi Judex summā potestate suā abutatur, & odio vel amore aliterius incitatus planè tyrannice, contra Iustitiam & æquitatem procedat, sanguinemve innocentem profundere satagat: Hoc enim casus cum misero condemnato nemo super sit, quem innocentia testem & injuriæ vindicem appellet, rectè & absq; superstitionis nota justissimū & omnium rerum gnarū Judicem Deū appellari posse exinde haud difficulter colligi potest, quòd à Deo ejusmodi Provocationes non rarenter fuerint receptæ; ita, ut velut citati ad diem certum, ante id temporis comparuisse videantur. Probant hoc exempla multa, è quibus duo saltem huc appossuisse sufficiat, & quidem primum de milite quodam Templarico Ordinis (qui Ordo circa annum 1314. imperante Henrico VII. Imperatore, a Pontifice Clemente V. & Philippo Rege Gallia, ipsorum opibus penè regis inhiantibus, fuit abolutus, omnibus Templariis plane extinctis) Hic cum inter alios injusta sententiâ Burdigali condemnatus esset ad supplicium ignis, & in fenestrâ Pontificem ac Regem Gallia conspiceret, intrepida voce exclamavit: Sævissime Clemens Tyranne, postquam mihi inter mortales nullus jam superest, ad quem appellem, pro graviore morte, quam me per injuriam afficis, ad justum Judicem Christum appello, ante cujus Tribunal te voco, unâ cum Philippo Rege, ut ante eum intra annum & diem compareatis ambo, ubi causam meam exponam & jus absq; affectu administrabitur; Et factum est, quòd eodẽ anno & Pontifex & Philippus in fata concesserunt. Alterum de Nobili quodam, quem Dux quidam Austriacus Rudolphus vocans ex meo odio comprehendendi, euleo infuit aquisq; submergi iussit. Is jam jã de ponte præcipitandus, Præcipem ex fenestrâ supplicium prospicientem, intenta voce ita alloquebatur: En Te ad inexorabile Tribunal Dei iusti, quod in valle Josaphat, evoco, inibi intra annum Te siste, & cur me infontem hic lenta extingui morte, tibi placuerit, causam ede; Cui Princeps, Præi te sequar, respondit; Ad finẽ propè deducto anno ejusq; die ultima apparente, in castrum quoddam animi gratia

Exempla
Deo rece
pta appella
tionis.

*Exempla
D. Carolo
N. 7. Leg. Regia
e. y. sed. i. n. 2.
fol. n. 509.*

Exempla.



gratia secessit, postque lautum prandium leviculi tentatus febris; heu me miserum exclamabat, promissum me vadimonium obire necessum est, vadari me sentio, injecta manu invitus ducor, trahor, raptor, & insuper mortem obiit. *Besola. de Appellat. v. 2. Matib. Stephani de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. memb. 2. n. 189. Auctor. Paribon. Litig. c. 1. apud quos plura.*

Jus creandi Magistratus.

42. *Tertium, Jus creandi & constituendi Magistratus. Arnif. de Jurib. Majest. lib. 2. c. 4. Somsbec. de Feud. p. 3. n. 19. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 7.* Cum enim maxime Justitiæ ergo, ac ut Genus humanum tranquillè vivat, Reges ac Principes sint constituti, & illi ipsi omnibus negotiis superesse, omnibusve locis adesse non possint. *l. 7. C. de Profess. utiq; Salus Reip. requirit, ut potestatem suã ad administrandam Justiciam aliis scil. Magistratibus, concedant. Magnif. Du. Arum. Disc. Acad. 30. eb. 22.* Huc etiã referri potest potestas creandi Principes, Duces, Comites, Barones, Item Jus Nobilitandi, quod in Imperio Romano solum pones Imperatorum esse, contendit. *Sixin. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 123.* ita, ut ne quidẽ quoad suum Principatum Electores, Duces aliq; Germaniæ Principes, exceptis Archiducibus Austriæ, nobilitare possint. *Limn. Jur. Publ. lib. 6. c. 1. n. 44.* Sunt tamẽ qui dissentiunt, *Obrecht Disp. Feud. 2. c. 5. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 8. n. 10. Nold. de Nobil. c. 7. n. 177.* quod si possint tantum in Principatibus suis, quantum Imperator in Imperio; unde illud, *dass ein jeder Fürst Keyser in seinem Lande sey.* Sed quicquid sit, hanc nostram non facimus. Hoc eorum est proprium & genuinum Nobilitatis subjectum esse Viros Prudentia & Virtute claros. *Nold. de Nobilit. th. 23.* de quibus verè *Carolta Jur.* dicit. Quod flores sunt in pratis, id Nobiles esse in Rep. *Disp. de Regal. eb. 115.* Hinc etiam multi vocem *Adel* deducunt à voce *Abelen*, quod ut, aquila alterius volatu penetrando omnes aves longo post se intervallò relinquit, ita & Nobiles virtutum gloriã ceteros hominum Ordines antecellant, vel saltem antecellere debeant. *Nold. all. lib. 1. conclus. 1.* Cum autem Nobilitatis varii sint gradus, ideoq; docendi causa distinguit *Limnæus* Nobiles in Titulares & non Titulares; Hos dicit, qui in simplici Nobilitatis existunt nomine; Illos, qui certum & specialem habent Nobilitatis titulum, ut Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Baro

Principes, Duces, Comites, Nobiles, Quid Principes Imperii quoad suum Principatũ nobilitare queant?

Vox Adel unde?

Nobiles Titulares Non Titulares

Eques

Eques &c Et si n. generaliter Equites dicimus omnes Nobiles & illorum ordinem die Ritterschafft / propterea, quod olim ferè in Germania & Italia soli militarent Nobiles, non quidem pedestri agmine, sed equestri, *Besold. i. Polit. c. 11. n. 45.* Attamen specialiter & accuratè loquendi formulà Eques dicitur, qui Ritterschlagen ist / major est Nobili simpliciter ita dicto, & ab eodem distinguitur gradu. *Limn. all. lib. 6. c. 2. n. 3.* quam in rem adducit *Rönlische Sazung zu Wormbs 1495. tit. vñ* der Einnahme der aufleger / *ibi* *Der ren Duceer / Edelman / Reformation guter Politeen anno 1548. tit. von vnordentlicher Röstligkeit der Kleider & in vom Adel 8.* Jedoch sollen die Ritter. Et hi Equites iterum aut simpliciter ita dicuntur, aut ad differentiam cum aliquo adjuncto, quorum ordines sunt varij, ut pote ordo Equitum Aurei Velleris, Ritter des gülden en Stusses oder des gülden Vells in institutus à Philippo Bono, Burgundia Duce, circa annum 1429, cujus Caput hodie est Rex Hispania, tanquam Dux Burgundia. *Limn. all. lib. 6. c. 2. n. 29.* Anton. Gorbosied. in *Archonolog. Cosm. all. lib. 3. n. 27. p. mibi 9.* Ordo Equitum Periscelidis in Anglia, quem instituit Eduardus III. Anglia Rex 1350, ut seculum tolleret suspitionem, quam quidam de Comitibus Salisburienfis Adelheids, ab ipso, quamvis modeste, amata, conceperant, cujus coruleam periscelidem, seu fasciam cruralem, *Hosonband* qua ipsi soluto nodo inter saltandum deciderat, sustulerat, his verbis prolati: In probro sit, qui sinistrae quicquam suspicant; quoniam inter Nobiles qui aderant, risus factus erat: Ipse vero ex hac periscelide se honorem & decus sibi conciliaturum respondit. *Gorbosied. Archon. Cosm. d. lib. 3. n. 23.* Ordo Equitum Divi Marci, quos Equites Dux Venetus creare solet: Habet n. Resp. Veneta Patronum Divum Marcum, Plures Equitum Ordines, eorumque statuta & insignia possunt videri apud *Anton. Gorbosied. d. l. i. Limn. 7. P. c. 2. lib. 6. per totum.* Ite referri huc potest potestas constituendi & confirmandi Academias, Jus creandi Doctores, Licentiatos à Licentia Doctores, quod si illis liceat firmam Doctoratus dignitate consequi, quando voluerint. *Mat. Stephani de Juris dict. lib. 3. p. 2. c. 14. n. 95.* quales sunt (i.) qui publice & actu solenni sunt promoti ac Licentiatu renunciati, quibus ferè præter prandium, nihil deficit; ob id à nonnullis in scherme Doctores per jocum vocati. (2.) quod Doctoris gradum contendentes examina, lectiones & alia omnia sustinuerunt; atque aliud nunc reliquum habere debent, quæ ut solennitate publica renuncientur Doctores. *Limn. Jur.*

Eques quo modo distinguitur à Nobili;

Ordo Equitum Aurei Velleris.

Periscelidis.

Ordo Varij.

Ordo Divi Marci.

Licentiatu quotuplices?

T
T
v



Jur. Publ. lib. 8. c. 8. n. 41 hos tamen potius Doctorandos, propter
Q. Licentiam proximam scilicet potentia, in hoc loco vocari obtinuit. An v. hi (na
riati, pu- de Licentiatibus publicis & solemniter renunciatis alii disputant)
blicis non privilegiis, beneficiis & immunitatibus Doctoralibus fruuntur,
renunciati, seu Do- quæritur? Affirmativa tunc dæ videtur. (1.) quia ipsi omnia intrin-
ctorandi, seca Doctoris requisita & essentialia, puta scientia & mores, &
an fruatur quidem judicio ordinis Optimorum comprobati, *juxta*
tur privilegiis Do- (7. C. de Professoribus & Medicis. infant aut certe inesse debent.
ctoralibus; (2.) per l. filiusfamil. 43. ff. De Testam. milit. ubi filiusfamil. nondum

quidem cinctus, sed tamen proximè cingendus privilegiis frui-
tur militaribus; quidni ergò in togatà quoq; militia proximè
cingendus habeatur pro jam cincto? (3.) quia aliàs quæ proximè
infunt, jam inesse censentur; uti pacta incontinenti adjecta
stipulationi inesse creduntur. l. lecta. §. 40. de obam. D. si certum
petat. & paria sunt, aliquid jam esse factum vel proximè facien-
dum, sufficit que in proxima potentia esse, licet non sit actu. *l. qui*
pœne. §. §. Divus quoq; Pius. 2. ff. De manumissionibus. item Magi-
Q. Baccal- stros Baccalureos, nam & hujus gradus collationem inter
laureatus Regalia seu Majestatis Jura connumerandam esse facit. (1.) quod
gradus col- sepius Comites, qui Palatini vocantur, inter alias concessionem
latio an in- etiam potestate creandi Baccalureos ab Imperatoria Majesta-
ter Regalia te donentur. facit (2.) quod Academiæ suis in Privilegiis ab Im-
peratore concessis habeant & hanc potestatem, quod sc. possint
creare Baccalureos, specialiter concessam, uti videre est in Con-
firmatione Privilegiorum Academiarum Argentoratensis &
Aldorphinæ apud *Limn. Jur. Publ. lib. 7.* Quod si jam nihil Regali-
um ejus gradus collatio haberet, quid opus foret speciali Im-
peratoris concessione: vix itaq; concedendum est, quod *Besold.*
Polit. lib. 1. c. ult. n. 42. Wirms. Exercitat. Jur. Publ. §. 9. 12. statuunt,
Baccalureatus gradum non esse dignitatem Academicam, sed
saltem præparationem ad dignitatem: cum potius dignitatum
Academicarum hic sit gradus primus, cæterorumq; quasi basis
ac fundamentum. *Dr. Hieronymus Prætor. in sua Philosoph. Pract.*
p. speciali sect. 7. punct. 4. ubi plures adducit rationes. Limn. Jur. Publ.
lib. 8. c. 8. n. 15.

Jus indi-
cendi Belli

43. *Quartum. Jus indicendi Belli, quod ita est Majestatis*
proprium, ut Majestatis reus sit, qui in jussu Principis bellum
gesserit, vel exercitum comparaverit. *l. 3. §. eadem. D. ad Legem*

Jul.

Jul. Majest. l. 7. c. de re militar. Quod tamen ita à Socino limitari
 notat Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 1. n. 19. nisi (1.) fiat ad defensionem, (2.)
 nisi Principis copia facilè haberi nequeat, & periculum sit in
 morâ; tunc enim omninò meliùs erit jura sua intacta servare,
 quàm post vulneratam causam remedium quærere. Unde non
 absurdè colligitur, posse Principes ac Electores Imperiù in ter-
 minis licitæ defensionis vim & invasionem hostilè manu arma-
 ta, etiam injussu Imperatoris repellere. Reichsabschied zu Aug-
 spurgt de anno 1555. §. nach dem aber / §. im Fall aber §. und sollen in
 oberzhesten. Sunt enim & hi Magistratus, gladii potestatem à Deo
 ad sui & subditorum suorum defensionem concessam habentes,
 per ea quæ tradit Apostolus ad Rom. 13. Imò est defensio Ju-
 ris Naturæ, quæ tolli non potest; ut ita sufficiat hoc in casu Au-
 thoritas Juris, quæ vim & injuriam propulsare. l. 3. ff. de Justie.
 & Jur. seq; paribus armis (hæc enim ad moderamen inculpara-
 turelæ rectè requiruntur l. 3. §. 9. De vi & vi armat. c. significasti.
 Exi. de homicidio.) defendere permittit, imò jubet. Hinc Serenissim-
 us Flector Saxoniz Comiti Tylli, multos Saxoniz pagos &
 Civitates occupanti, devastanti, rescripsit im letzten Schreiben an
 den Generalen Tylli / sub Dato Torgaw den 3. Septemb. 1631. Wird
 nach dem mit Rauben / Plündern / Schänden der Weibs Personen /
 Brennen vnd andern Grausamkeiten in vn'ern Länden einen Weg
 als denn andern vnauffhörlich Ärger als Barbarisch verfahren / vn' wir
 von vnsern Untertanen mit vielen Seuffzen vnd Trehnen vmb
 Schus vnd Rettung aus solchen Trangsahlen ganz beweglich ange-
 ruffen werden / als werden wir vff solche Mittel zudencken getrun-
 gen / solche Beschimpff. vn' Vergwaltigung abzuwenden / vnd ein solche
 resolution zuergreifen / welche vns die R E I C H E / M A R K
 vnd das H E R T O M M E N lehren vnd an die Hand geben / der-
 gleichen auch wir vns sonst niemals im Sinn gezogen. Sicut etiam
 paulò post die scil. 7. Septemb. cum hostis Turcarum more de-
 vastando trucitandòq; nihilominus pergeret, ad armorum præ-
 sidium nolens confugit, eo eventu, qui in multorum adhuc re-
 centi memoria dubio procul hæret.

44. Jus indicendi Comitia Universalia. Sunt enim Comi-
 tia vel Parricularia, utpote (1.) Conventus Electorum; vel pro
 Rege seu Imperatore Romanorum eligendo, & dicuntur Particularia.
 E Wahl-
 tis agendi
 Comitia. q
 sunt vel
 Particularia.

Reichstage; vel etiam alium in finem & dicuntur **Churfürsten-
Tage** sive **Collegialtage** (2.) **Conventus Deputatorum** Depu-
tationis **Tage** (3.) **Conventus Circulorum** **Reichstage**. (4.) **Conven-**
tus Visitationum **Visitatione Tage**. *Magnif. Du. Arum. tract. de*

**Univerſa-
lia.**

Comit. c. n. vel Univerſalia, quæ solus Imperator indicit (cum scitu-
tamen & consensu Electorum. *capit. Carol. 5. Capit. Ferdin. II.*
6. desgleichen wie die Churfürsten N. N. zu Regensburg *de anno*
1598. S. als aber dergleichen.) *Edicto*, durch das Ausschreiben zum
Reichstage non uno aliquo singulari, sed singulo ad singulos
misso, cui non solum dies & locus, sed etiam causa habendo-

**Ubi Co-
mitia a-
genda**

rum **comitorum** inferi debet. *Magnif. Du. Bertram. de*
Comit. lb. 20. **Locus** quidem Imperatoris arbitrio relinquatur,
verum ita, ut juret in capitulatione, se extra fines Germaniæ,
ubi scil. lingua Germanica colitur & Imperii Jurisdictione agno-

**Qui ad
Comitia
vocentur?**

scitur. *Du. Bertram. lb. 23.* **Comitia** agere atque instituire nolle.
Convocantur verò ad **Comitia Status Imperii** (non etiam Ex-

**Capitu-
lū sede vo-
cāte an ad
Comitia
vocetur?**

teri, nisi ex causa communi, quorū tres sunt classes, (1.) **Electores**
iam Ecclesiastici (sede vacante verò **Capitulum** ad univērsalia
Comitia vocatur, non itē ad **Electoralia**) quā **Seculares**. (Regē
tamē Bohemiæ ad ejusmodi **Comitia** nō vocari, eūm nō sit **Sta-**

**Rex Bo-
hemie an
Status Im-
perii?**

tus Imperii, autumo, secus quoad **Electoralia Comitia**.) (2.)
Principes; quo **Comites & Barones** quoque referuntur, non
quod dignitate à Principibus non sint distincti, sed quod u-

num eundemque **Senatum** cum illis in **Comitiis** constituant.
(3.) **Civitates**, quibus non solum consultivum, sed etiam decisivum
votum competere, deducit *Du. Bertram. de Comit. lb. 46.*

& dividuntur in duo **Scamna**, vulgò die **Reinische vnd Schwä-**
bische **Danc**. **Status** insuper vocari comparere debent, (aliis
quod major pars decrevit, non minus absentes, quā presen-

tes tenet. *l. nominativ. C. de Decurion. N. N. de anno 1500. §.*
nachdem auch nun eñliche) vel in propria Persona, quod rei feliciter
gerendæ magnum adfert adjumentum, vel per **Legatos**, quibus
laudi ducitur, si etiam si plenissimam habeant in mandato pote-

statem, nihilominus de rebus gestis gerendisq; suos **Domino**s
per **cursores** hinc inde dispositos, vñ **Post** certiores reddat.
Horum sex recenset *Du. Bertram.* **qualitates** (1.) ut sint **Nobi-**

**Quis Pu-
blicum an
tractandū
in Acade-
miis?**

les, non de vulgi fece homines. (2.) **Naturæ fortunæque bonis**
præditi. (3.) **Historiarū periti**. (4.) **Juris Publici gnari** (Quapro-
pter

preter male illi, qui Jus Publicum non in Academiis, sed solummodo in Aulis Principum addiscendum & tractandum esse affirmant, siquidem in Aulis ad Usus transferri, non demum addisci debet, hanc secus ac leges in foro, Quis v. leges privatas addiscendas ed servabit, donec ad praxin animum jam applicas in foro vesterit. Hinc etiam pulchre *Linn.* Ego sane, inquit, Studiosos Juris inter mirabiles personas retulerim, si tantum privati Juris libris tanquam adscriptitii suae glæbæ adherere cogantur, nec & utilitatis causâ ad Politicorum horrulos amoenos, amœnâq; Juris Publici vireta habeant accessum. *Vide Dn. Bernam. de Comit. lib. 2. (5.)* Eloquentes, (6.) Corporis rectitudine ac pulchritudine ornati, non quidem eâ, quam venustate muliebri rectius dixeris, sed quæ in justa membrorû proportionem & corporis dignitate vultusq; gravitate ponitur. Postquam verò jam ad Comiticia venerunt Status eorundemq; Legati, præmissis præmittendis, veluti certioratione de suo adventu, Moguntino vel Marschallo faciendâ, amicâ salutatione, præparatoriâ consultatione, divini Numinis in æde sacra invocatione, & Missæ, more apud Pontificios recepto, celebratione; (cui tamen salvâ conscientia Protestantes Principes propter officii necessitatem, ut nim. Imperatori Politicum officium præstent, non Deo cultum, qui nullus in hac Ceremonia, interesse posse, nullus dubito) ipsius negotii tractandi à Cæsare ejusve Commissario proponitur expositio, quæ vocatur Propositio; hanc sequitur Causæ tractatio, quæ constat disceptatione, consensu in idem placitum, relatione ad Cæsarem, Confirmatione ejusdem, & tandem promulgatione. Leges n. in Comitibus conceptæ, & communi Procerum suffragio munitæ non Statuum, sed solius Imperatoris auctoritate promulgantur & sanciantur. *N. N. in Nûnberg anno 1542. s. vnd damit aber. N. N. de anno 1576. s. derohalben off beschehen vergleichen mit den ansehenden Ständen / Râthen vnd Borschafften / lesen vnd prænen Wir Magnif. Dn. Bernam. de Comitibus memb. 5. n. 72. Videatur quoq; Reinkingf de Regim. secul. l. 1. Cl. 2. c. 2. n. 120.* Plura Majestatis Jura, veluti Jus eudendæ monetæ, erigendi vectigalia & quæ sunt alia memor instituti lubens prætereo, accedens ad Majestatis affinia seu cognata.

45. *Affinia Majestatis sunt (i.) summa quædam potestas distincta*

E 2

Majestatis
Affinia.

distincta tamen à Majestate ipsa. (2.) Superioritas Territorialis, quæ itidem in multis, imò pluribus Majestati est cognata & ipsi adsimulatur. Summam in Imperio exercent potestatem.

Rex Romanorum.

46. I. Rex Romanorum, tanquam perpetuus Imperii vicarius, quem & vivente adhuc Imperatore, imò ipso quoq; invito, exigente Reipubl. necessitate, eligere Electores posse, credimus. *A. Bull. cap. 2. Capitulum Ferdin. II. §. vñd insonderheit sollen vñd wollen wir.* 34. Quapropter vi summæ hujus potestatis Rex Romanorum Nobilium dignitatum gradus conferre potest. *N. A. de anno 1543. §. wiewohl auch in der Regierung. Academies seu Uiveritates confirmare. Ordin. Cam. p. 1. t. 3. noxios banno Imperiali subijcere. N. A. 1548. tit. vom auffgerichten Landfrieden. Comitibus universalia indicere. N. A. 1557. §. 1. quæ tamen omnia ad casum absentis Imperatoris rectè refert *Linne. J. P. lib. 2. c. 15. n. 40. in fin.**

Vicarii Imperii.

47. II. Serenissimi Imperii Vicarii, Palatinus & Saxo Electores, Hisce n. vacante Imperio seu quoq; absente Imperat. summam cõpetere potestatem, & quidẽ Huic, Saxoni sc. ubi Saxonica Jura servantur, (habito nimirum respectu ad tempus *Aur. Bull. ut ita etiã in iis locis, ubi Jura Saxonica hodie silent, olim tamen viguerunt, hanc potestatem Saxo exercent, cum in cap. 5. A. B. Jus Saxonicum non sit causa istius privilegii, sed demonstrationis saltem gratiã adjectum.) Illi Palatino in Partibus Rheni & Sueviæ & in Jure Franconico, satis innuit *Aurea Bulla Carol. IV. Capitulum V. ita, ut quæcunq; potest Imperator, regulariter quoq; possint hi Vicarii. Braudlach. Epitom. Jur. Publ. lib. 3. c. 3. n. 15. Dico regulariter, nam speciatim in all. c. 5. A. B. excipitur Investitura Feudorum Principum, quæ conceduntur vel Principibus Secularibus per vexillum, & dicuntur Fahnenschn/vel Ecclesiasticis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus per baculum seu Sceptrum, unde Scepterleshn vocantur. Etsi enim hi Ecclesiastici natiuitate & ortu ut plurimum inferioris sunt subfellii, omnino tamen, quia Feuda Principum ab Imperio habent, Principes quoq; sunt Imperii. Insuper quam pro ratione dubitandi adferri possit dictum Christi; Gentium Reges dominantur, vos autem non sic, *Luc. 22. v. 25.* & quod separata sint dona Dei, Sacerdotium, & Imperium, siquidẽ illud Divinis ministrat, hoc secularibus præest negotiis *Novell. 6. princ.* Itẽ quod Canones quoq; prohibeant Ecclesiasticis, secularibus sese negotiis miscere, cum desinat miles Christi, qui incipit esse miles seculi, tamen vix est, ut hæ rationes Principum Ecclesiasticorum Jura,**

Q, Episcopi an rectè possideant Principatus temporales?

Jura, Principatus & secularē potestatem subvertere queant, per ea quæ habet Reintingde Regim. *Secul. lib. 1. Ch. 4. c. 9. n. 9. & seqq.* Horum itaq; Feudorum Principum investituram Imperator sibi specialiter reservat in *d. c. s. A. B.* Unde tamen consequitur, reliquorum omnium negotiorum expeditionem Vicariis permittis, siquidem dictio, *duntaxat*, taxativa est, casum illum unicum excipiens & cætero, sicut non exceptos ad Vicariorum curam pertinere innuit. *Magnif. Dn. Arum. tract. de Comit. c. 3. n. 53.*

48. Superioritas Territorialis, die hohe Landesfürstliche D. Superioritas Territorialis. brigkeit Majestati quoq; cognata est, utpote quæ consistit in sublimi & Regio Territorii Jure omnimodaq; & supremâ post Imperatorem potestate, & radicatur in Territorio, sine quo esse & consistere nō potest. *Andr. Knieben. de sublim. & Reg. Territor. Jur. c. 1. n. 237.* unde quoq; Territorialis superioritas vocatur. Originē hujus origo. jus quod attinet, olim Præfides & Proconsules Provincias administrationis titulo gubernabant; postquam verò Imperium ad Germanos translatum esset, ut quisq; eò firmitus suam Provinciam teneret, & majori cum diligentia tueretur, hereditario & perpetuo cum universali Territorii Jure omnimodaq; Jurisdictione Imperatores ejusmodi Provincias cōcesserunt, iisq; pro loci & aliarum circumstantiarum occasione, Ducatus, Palatinatus, Marchionatus, Landgraviatus, Comitatus, Baronatus nomē imponere, à quibus postmodum dicti Duces, Palatini, Marchiones, Landgravii, Comites, Barones &c. Comitatus vocabulū, item Comitatus quid aliās nostro in jure significet, pulchrè tradit *Ampliss. ac Consuliss. Dn. Ortolph. Fomanz in secund. suis Positionib. Historico-juridicis ad Tit. C. de Professoribus, qui in Urbe Constant. docent. & c. 1b. 6. 7. 9. & 30.* Quamquam autem Superioritas & Regalia ex usu Germaniæ sæpius confundi & commisceri videntur, cum ille, qui Jus Superioritatis habet, plerumq; etiā Regalium Dominus sit, imò Superioritas nomine & titulo Regaliū cōcedatur, h. m. *Seiner Liebt. Fürstenthumbs N. von uns vnd dem heiligen Reich habende Regalia vnd lehn Braudlacht. Epitom. Jur. Publ. lib. 2. c. 4. n. 4.* Reintingf dicto lib. 1. Cl. 4. c. 16. n. 41 & 57. tamen revera & propriè differunt, separataq; sunt, uti deducit *Sixtin de Regal. c. 1. n. 7. & 18. Thom. Mich. de Jurisdift. concl. 46. lit. a.* Non enim statim qui Regalia, Jus quoq; Superioritatis habet, uti videre est in Comitibus Palatinis, qui Regalia, non item Superioritatem habent, Sic Regalia quædam (quibus etiam hodiè ex consuetudine Germaniæ merum



Merum & mixtum Imperium sive Jurisdictionem criminalem, *Übergerichte / Bluthahn / Kulje, de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Bidebach. Questio. Instr. 9. 1. n. 20. item Jus venandi. Magnif. Dn. Sigism. Finkelhaus Observat. Pract. 41. n. 14. annueramus.*) penes Civitates & Nobiles esse queunt, Superioritatis jure apud Principē Territorii nihilominus manente *Cravert. consil. 973. n. 15. Wurm.*

Actus Jurisdictionis multa *Exercit. Jur. Publ. 3. 9. 7. Jura Territorialia & Actus Superioritatis cum materiæ copia, dignitas, & amplitudo non permittit, omnes ac singulos hinc recensere, ideoq; aliquot saltem attigisse sufficiat; sunt a. inter hæc jura l. Jurisdictio Ecclesiastica sive Jus Episcopale, quod hodie Principes Augustanæ Cōfessionis vigore Facis Religiosæ suis in territoriis jure Superioritatis Territorialibus exercēt, eo tamē modo, de quo supra *ib. 34.* Atq; hinc depēdet Religionis Institutio, Reformatio, quæ Superioritatis sequela. *N. A. de 175. §. vii. damit* quāquā alii, fortē nō absq; fundamētis Jus reformandi Religionē ex mero & nudo Principis arbitrio depēdere negēt, adeoq; distinguūt inter ipsam reformationem, quæ toti Ecclesiæ, & Reformationis curam ac directionem externam, quæ Principi, tanquam Nobili Ecclesiæ membro ejusq; Nutritio attribuenda. Item dependet ex hoc Territorii Jure *Constitutionum Ecclesiasticarum Kirchen Ordnungen sanctio, promulgatio; Consistoriorum constitutio. Kuichen de sublimi & Regio Terr. Jur. c. 3. n. 232.* quæ Consistoria, etsi nec ratione Constituentis scil. Principis (siquidem non ut Episcopus, sed ut Princeps, vigore Superioritatis Consistoria ordinat; id q; etiā de Civitatibus Imperii erit dicēdum,) nec ratione Personarū, è quibus constat, Ecclesiastica Collegia & Judicia dici possint, utpote in quibus non solum ut plurimum Præses, verum etiam Adscutores seculares sunt personæ; attamen ratione objecti & causarum, quæ ibi tractantur, Ecclesiastica Judicia recte dicuntur. Quò etiam pertinent causæ matrimoniales, Ministrorum Ecclesiæ confirmatio; Flagitiosorum (non tamen qui nævis & humanis infirmitatibus sunt obnoxii; hi enim tolerandi & ad emendationem admonendi: sed qui enormibus & publicis quasi delictis publicum præbent scandalum, vel hæreticis opinionibus imbuti pertinaciter easdem propugnant. *Dn. D. Gerbar. sepe. all. Loc. Theol. rom. 6. §. 114.*) Remotio; itē gradū lineæ transversalis dispensatio; nam & hoc ad Territorii pertinet Dominum. *Beuf. de Marim. c. 56.**

49. II. Homagii seu Juramenti subjectionis receptio. *Einneh.* Homagii.
 führung der Erb- und Landes- Huldigung: quod Juramentū in
 ingressu Regiminis, so bald er die Regierung antritt à Landfassis
 est præstandum *Knichen. all. c. 3. n. 240.* à quo tamen Juramento
 immunes sunt Clerici. *c. nimis. 30. & seqq. Extr. de Jurejur.* Unde no-
 rat *Dn. Reinkingf.* quod in Hassia nunquam viderit pastores aut
 urbanos aut paganos bey Einnehmung der Huldigung Juramentū
 subjectionis præstare, quamvis non semel istis actib. interfue-
 rit. *de Regim. Secul. lib. 1. Cl. 5. c. 4. n. 42. & 43.* ubi quoq; addit, quod
 subditi mediati scil. Landfaffiorum & Nobilium Juramentum
 Homagiale non Principi, sed *Ihren Gerichts Herren / oder Ge-
 richts Jungfer* plerumq; præstent, qui rursus Domino Terri-
 torii jurant. Accurate tamen hic distinguenda inter se sunt.
 (1.) Homagium, quod subjectionem innuit & à subdito præsta-
 tur Domino Territorii; (2.) Juramentum fidelitatis seu Vasal-
 lagii, quod à Vasallo Domino Feudi præstatur, nec subjectionē
 inducit, sed saltem Vasallagii observantiam & onerum, quæ ex
 inde profluunt, præstationem. *Dn. Finckelthaus Dissert. de Crim.
 lese Maj. 7.* Unde Vasallus commissā feloniam à Domino Feudi
 saltem revocatione seu ademptione castigatur. *Knichen. de Jur.
 Saxon. non Provinc. 6.* corpus verò vitamq; Spiritumq; salvum ha-
 bet, nisi sit quoq; subditus, qui sanè arctiori nexu Magistratui
 suo est adstrictus. *Limn. Jur. Publ. lib. 4. c. 7. n. 44. (3.)* Juramentum,
 quod præstatur ratione familiaritatis, domesticitatis vel ratio-
 ne officii & conditionis sive ratione servitii & eo nomine ac-
 cepti annui Salarii, *Natys* oder *Dienstpflicht.* *Vulcey. 1. Feud. 6. n. 6.
 Schenk Baro in c. 1. n. 3. in qualiter jurare Vasallum. lib. 2. tit. 5. (4.)* Jura-
 mentum Protectionis, quod & Clientelare dicitur: qua de re
 videatur *Brandlacht. Epitom. Jur. Publ. lib. 2. c. ult. & lib. 8. c. 3. March.
 Stephan. de Jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 230. cum seqq. ubi n. 248.* subjecit.
 Eos, qui vel subjectionis vel Vasallagii vel officii Juramentum
 præstent, à Principibus in suis Rescriptis vocari *Liebe Getrene;*
 qui autem nullo tali Juramento Principibus sunt obstricti, ab
 iis appellari *liebe Besondere.*

50. III. Comitum Provincialia seu Conventus indicare, Landtage
 ausschreiben IV. Constitutiones Provinciales Landes Ordnungg item
 super modo procedendi in litibus motis Process vnd Gerichts
 Drd.

Ordnungen condere, quò etiam pertinent Leges sumptuariæ, Kleider vnd Hochzeit Ordnung/Item Ponderum & mensurarum constitutio, Ellen/ Gewicht vnd Maß zugeben vnd anzuordnen. *Reinkingt lib. 1. Cl. 5. c. 4. n. 113. Bidenbach. quest. nobil. 7. §. Gewicht/ Maß. V. Dicaferia Provincialia Hoffgerichte ordinare. Knichen. d. tract. c. 3. n. 235. Scabinatus Schöppenstüle erigere. Limn. Jur. Pub. lib. 4. c. 8. n. 262. qui, an Sententiarum suarum rationes ad instantiam Partis reddere teneantur, tractati Magnif. Dn. Arum. lib. 2. decis. 1. per tot. VI. Civitatum Magistratus & Senatum constituere, confirmare. VII. Collectas imponere. Knichen d. c. 3. n. 310. Bocer. de Collect. c. 1. n. 21. quanquam interdum & Magistratus inferiores ac Civitatum municipalium à suæ Jurisdictioni subiectis collectas exigere possint, vel urgente necessitate publicâ, veluti tempore IncurSIONum hostilium & obsidionum, vel ad alia onera universitatis sustinenda, puta pro viarum, pontium & fluminû refectione: Quas tamen exactiones, cum non Superioritatis Territorii & Regaliû jure, sed potiùs vi conventionis & placitum subditis initi vel etiam vigore Jurisdictionis exigantur, non tam collectas, quàm collationes esse, censet *Wurm. Exerc. Jur. Publ. 6. q. 14. Illud de Exactiõibus Contributionibus & Tribulationibus militariibus, Krigs Steuern/Contributionen vñ Pressuren/quibus totius ferè Germaniæ vires durantibus hisce belli calamitatibus sunt exhaustæ, silentio non prætereundum, quòd hæ nec ad Regalia, nec Superioritatis & Territorii Jura, sed temporum injurias, belli calamitates, militumque violentiam & cupiditatis sitim sint referendæ, adeoq; planè irregulares, nec de iis ex Juris Regulis turò statui possit. Dn. Reinkingt de Regim. secul. lib. 1. Cl. 5. c. 4. n. 186. VIII. Nundinas particulares Jahrmärck civitatibus concedere, quo Superioritatis jure breve ante temporis spatium usus est Elector Saxonix in concedendo Civitati Lipsiæ etiam Viehemärck/frustra contranitentibus Budstatiõibus. Limn. Jur. Publ. d. c. 8. n. 311. IX. Artificum & opificum Collegia ac Societates approbare, eorundemq; statuta, quæ in Jhren Artickels Brieffen in Arca communi asservatis, continentur, confirmare. N. A. zu Augspurg 1548. tit. Von den Handwercks Söhnen/ §. Hierdurch einen jeden X. Gymnasia instituere, In quib**

Magistratus inferiores an possint collectas imponere?

Q. Exactiões & Contributiones militares quò referendæ?

in quibus tamen nec Baccalaureatus, nec Magisterii gradus conferri potest; siquidem horum graduum collatio à summi Principis dependet privilegio & concessione speciali, non à Territorii jure. XI. *Gratiam malefactoribus facere, & penas etiam capitales remittere.* R. A. III. Speyer 1526. §. Es sol sich auch. Sic etiam tempore belli Principes nonnulla Territorii & Superioritatis Jura & Actus exercent, quos inter sunt XII. *Lustratio die Musterung/ quo pertinet die Unterthanen in Wehr vnd Wassen vben / quod trillen vocant.* XIII. *Jus sequela die Folge/ quæ lustrationis est consequens & veluti effectus. Accuratè tamen distinguenda est hæc nostra sequela species, quæ dicitur Heeresfolge vocatur, quæ subditi Principem Territorii, bello seditionibus vel aliis molitionibus tritum præstare sequi tenentur, ab aliis sequela speciebus, quæ non ad Territorii jura, sed vel ad merum & mixtum Imperium sive jurisdictionem criminalem, veluti die Gerichts oder Zentgerichtsfolge; vel ad jurisdictionem inferiorem & forestalem, Executionisfolge/ Jagdsfolge/ pertinent.* *argum. l. 2. De Jurid.* Quapropter à competentia unius sequela, v. c. der Zentgerichtsfolge/ daß nemlichen der Gerichtsherr bey Justifizierung eines Uebelthäters seine Unterthanen mit ihren Wassen zuerscheynen auffbieten lesser / ad competentiam der Heeresfolge / & vice versa, malè inferri puto, cum diversa hæc sint, quæ fluunt ex diversis ac distinctis principis & fontibus; A diversis verò illatio fieri non debet. *Videatur Befold. Theaur. pract. verbo Folge.* XIV. *Juri sequela proximum ferè est Jus Hospitationis (quod Itali Jus Albergarie, à germanico herbergen/ vocant) quò subditi Principem bellum gerentem vel ejus exercitum ibi subsistentem tenentur hospitari & Absetzen/ Futter vnd Wähl præstare.* *Knichen de Jure Territor. c. 4. n. 419.*

51. *Contraria seu pugnantia Majestatis sunt 1. modi quibus illa amittitur, veluti morte Regnantis, bello, depositione & alijs contrariis pluribus. 2. Crimen læsæ Majestatis, quod tanquam nomen generis dividitur in crimen perduellionis, quo Civis Romanus hostili animo adversus Principem vel summum Reipubl. Statum animatus est; & crimen læsæ Majestatis simplex sive in specie sic distinctum, quo Civis Romanus Majestatem Imperatoris citra hostilitatem (quam hostilitatem specificam differentiam inter perduellionis & Majestatis crimen simplex constituere, nonnulli existimant) dolosè lædit.* *l. fin. D. ad L. Jul. Majest. l. 30. ff. eod. Ampli-*

F

plisi-

plissimus ac Consultis. Dn. Praeses Disput. de Crimin. laesæ Majest. th. 5. lit. b. Wesenb. parat. ff. ad L. Jul. Majest. Treutl. Disput. 33. vol. 2. th. 1. Rittersbus. ad §. 3. Inst. de Publ. Judic.

52. Quamvis autē hoc crimen in Imperio Romano solummodo in Imperatorem ipsūq; Imperiū Romanū committatur, directō scil. ac immediatē; tamen ex privilegio per indirectū ac consequenter etiā in aliis personis lædi Majestas potest, veluti in Consiliariis. l. 5. C. ad L. Jul. Majest. quo casu tamē distingvunt Dd. an privato in ipsos odio ac inimicitia, an studio & animo lædēdi Principem delinquatur. Magnif. Amplis. ac Claris. Dn. Petr. Theod. Nobilissima Facultatū Juridica Senior & c. Colleg. Crimin. disp. 5. th. 5. lit. D. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1. cujus distinctionis ratio esse potest, quōd scil. Consiliarii pars corporis Principis non absolutē, sed relatē & quā tales, sint & dicantur in all. l. 5. Magnif. Dn. D. Finkelthaus Disput. de Crim. laesæ Majest. concl. 13. Hocq; modo etiā in Serenissimos Electores universos, ac etiam singulos quid dolosi molientes ac committentes, & in mortē ipsorū conspirantes, Majestatis rei fi-

unt. Aur. Bull. tit. 24. Quid verō de reliquis Imperii Principibus ac Statibus Imperii, an & in eos committetur crimen læsæ Majestatis? Negativam veriorē putam⁹. (1) quia nulla lege affirmativa id probari potest. (2) quia in pœnalibus ac odiofis leges ad diversas personas non sunt extendendæ. (3) quia Status Imperii sunt Vassalli, ut ita Majestas, quæ in illis non est, lædi non possit. (4) quia hoc de Electoribus saltē in A. B. specialiter est dispositū, quā specialitate opus non fuisset, si generaliter adversus omnes Status Imperii Crimen læsæ Majestatis committeretur. (5) quia mirum non est, quōd etiā hoc in passū Electores, quorū præsidio dextra Imperialis potentia roboratur. A. B. c. 3. & qui Imperii solidæ bases & columnæ immobiles sunt. A. B. c. 12. præ reliquis quandam habeant prærogativam, cum & in aliis ejusmodi prærogativis & privilegiis præ reliquis Statibus gaudeant, utpote quōd singulis Electores Camera Imp. assessorem repræsentent, reliqui ordinēs verō conjunctim saltē nomine circulorū suorū id faciant, in quibus plures sunt Principes ac alii Status conjuncti. Ordin. Cam. p. 1. tit. 1. Dissentit quidem Dn. Benedictus Carpzov. tract. Crimin. p. 1. q. 41. n. 70. & 82. hoc fundamento motus: Ad quem summa potestas & jura Majestatis ex parte pervenerunt, hunc in consortium Imperii

perii & Majestatis adscitum esse consequens est ; At verò potestas Juraq; Majestatis ad Status Imperii non ut singulos, sed ut universos ex parte eaq; non minima pervenerunt. Ergò Principes ac Status in consortiū Majestatis atq; Imperii sunt adsciti, ac consequenter in ipsos cōmittitur Crimē læsæ Majestatis. Verum etsi tam de minore quàm majore propositione dubitari possit, ex eo, quòd Majestas sit incommunicabilis, unica, indivisibilis, adeoq; distinguendum inter ipsam Majestatem, cujus sanè participes Principes Imperii nō sunt, & Majestatis Jura, quæ ipsis communicari possunt; concessis tamen præmissis, putarem ex iis nihil ampliùs nisi hoc inferri posse, Ergò Principes ac Status Imperii, universim scil. considerati in consortium Imperii sunt adsciti, ac consequenter in illos nō ut singulos, sed universos crimē Majestatis committitur; id quod multis ha ut difficulter admittendum videtur, vel ided, quia quod in Principes ac Status Imperii universos sive universim sumptos cōmittitur, id vergat in ipsam Rempubl. Romanam & Imperii corpus. An rectè, aperiariū fortè in conflictu. Cæterum in Principes Imp. ut singulos delinquentes ultimo & graviori ac severiori supplicio puniendos esse, durch Schleiffen oder mit Zangen reissen / constat ex *Constit. Carol. V. Crimin. art. 142.*

53. Et cū Majestatis crimen præsertim perduellionis omnium sit atrocissimum, præsentissimaq; Reipubl. perniciēs, meritò etiam omnium gravissima pœna est constituta, quæ nō tantum ipsis delinquentibus spiritum, licet non semper ac quovis casu uno eodemq; modo ac pœnâ supplicii, aufert, eorumq; memoriam etiam post mortem damnat. *S. 3. Inst. de Publ. Jud. l. quisquis. s. C. ad L. Jul. Majest. ibi, gladio seriatur;* ubi tamen per gladium non tantum capitis amputatio, sed omne genus ultimi supplicii significatur, quemadmodū etiam gladii nomine quodvis extremum venit supplicium *in l. 3. ff. de Jurisd. l. cum vir nubit 31. C. ad L. Jul. de Adult.* sed etiam in ipsorum filios insultat & furit, ita, ut ab omni hereditate & successione eos excludat, ipsi sint perpetuò egeates, eosq; infamia paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores perveniant, iisq; egestate sordentibus vita supplicium, mors solatium. *l. s. C. ad L. Jul. Majest. A. B. tit. 24.* Ex quo colligitur, cū mors solatium hīc dicatur, utiq; pœnam letho majorem his in tertiis existere; versari nim. inter homines & ho-

Q. An ad filios hoc crimen extendatur?



minum suffragiis auxiliisq; carere. *Besold. Polit. lib. 1. c. 1. n. 13.* Dicat hic aliquis, durū hoc esse & iniquum, ut ob paternū crimē pœnā filius sustineat; cūm filius non portet iniquitatē Patris. *Ezech. c. 18. l. 22. C. de Pœn.* Sed singularē hujus criminis esse rationē probē respondet *Rittershus. ad §. 3. Inst. de Publ. Jud. (1)* quia exempla paterni & hereditarii criminis in filiis quoq; quasi ejus semina in ipsos propagata essent, metuūtur. *d. l. 5. Ampliſſ. & Consult. Dn. Ungebauer, Nobiliſſ. Facult. p. r. Decanus Exercit. Justinian. 16. q. 7.* Unde à *Baldo Consult. 158. ad fin. col. 2. vol. 3. nō inelegatē* Lepœ hoc crimē æquiparatur quæ alios etiā corrūpit, quē refert *Ampliſſ. ac Consult. Dn. Praef. in antea allegat. Disp. de crim. les. Maj. th. ult. l. i. f. (2)* ut eo ipso Patres charitate liberorū moti à nefandissimo hoc scelere eō facilius abstinuant. Nec verò me fugit, inquit *Cicero*, quàm sit acerbum, parentum scelera filiorū pœnis lui, sed hoc præclarē legibus comparatū est, ut charitas liberorū amicitiores Reip. reddat Parentes. Hi enim pro affectu magis in liberis terrentur ait *J. C. Paulus in l. 3. §. ult. D. quod met. caus.* Dictum Scripturæ *Ezech. 18.* quod attinet, huic reponimus dictū *Exod. 21.* ubi Deus Zelotes minatur, se Patrum iniquitatem velle in filiis visitare etiam usq; ad tertiam vel quartam generationē. Deinde distinguimus inter pœnam æternam, quam filius ex paterna culpa utiq; non subit. *d. c. 18.* Anima enim, quæ peccat, propter iniquitatē suā, quam facit, morietur; Et temporalem, cui ipsi sæpius liberi propter crimina parentū subjiuntur, de qua accipiendus est textus in *Exod. 21.* quanquam illum etiam de pœna æterna exaudiri posse, haud inficias imus, si nim. filii parentum vestigiis insistant, & scelorum paternorū fiant successores, imitatores. qua de re pluribus differit *Dn. D. Gerbard. Locor. Theol. tom. 6. de Magistr. Polit.* Plura quæ hic possent moveri, veluti, an Majestatis reus ipso jure sua bona amitrat? Quod affirmat quid. *Dn. Bened. Carpzo*, verū ita, ut nihilominus requiratur sententia declaratoria tract. *Crim. q. 4. n. 101.* ubi ex *Gramm.* notat, omnia Jura mundi pro aliquo crimine disponētia, quod ipso Jure pœna imponatur, intelligenda esse dum modo secuta fuerit sententia declaratoria, quā declaratur crimē illud in judiciū deductum, fuisse commissum. Cui opinioni obijci potest *c. 33. de election. & elect. potest.* ubi dicitur, quod excelsus notorius non indigeat examinatione: Item, Num Crimen læsæ Majestatis possit committi in Papam? num in Augustam seu Imperatoris Conjugem?

An maledicens Principi hoc crimen committat? aliaq; memorem Instituti mei lubens prætereo, rumpendog; filum finio.

D. T. O. M. sit laus
honor & gloria.

ULB Halle

003 862 070


3




S6

Konr







1166

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.
DE

8.
1636, 3
5

MAJESTATE

quam

Nobilissimæ ac Amplissimæ Facultatis Juridicæ in
Illustri SALANA Authoritate ac Decreto;
Pro summis in UTROQUE JURE, gradu, honore ac Privi-
legiis Doctoralibus consequendis:

5/21

PRÆSIDE

Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo
DN. ZACHARIA Prueschen
Jcto, Professore hujus Academiæ celeberrimo,
Consiliario Saxon. gravissimo, Curia Pro-
vincialis & Scabinatus Adessore di-
gnissimo; Patrono ac Promotore
suo observantiæ cultu ætatè
prosequendo,

Publica Disquisitioni subicit
ad diem 21. Decemb.
Horis Locq; consuetis

JOHANNES ERNESTUS Steinmetz
Calâ-Thuring.

JENÆ

—————
TYPIS ERNESTI STEINMANNI.

ANNO MDCCXXXVI.